— 14, *ad pugnam*	*addit* Paris., Eodem anno Wintoniensis episcopus invitatos ad prandium quosdam nobiles coegit ad deditionem aliquorum castrorum indignans. Cum Theobaldo archiepiscopo et aliis episcopis et prælatis Angliæ concilium apud Wintoniensem [civitatem] celebravit tertio kalendas Septembris, ad quod regem fratrem suum vocari fecit, qui comitem Albericum de Ver in

causarum varietatibus exercitatum misit ad concilium de captione dictorum episcoporum, super quâ erat imperitus, se sic de jure facere posse allegantem, et factum regis defendentem; et licet aliter visum esset concilio super querelis in episcopos motis, et verbis hinc inde propositis, kalendis Septembris solutum est concilium.

PAG. LIN.	
227, 16, *exsulavit*	proscripsit.
229, 25, *mancipatur*	*addit* Paris., Eclipsis solis facta est per totam Angliam horribilis et tenebrosa.
230, 29, *successit*	*addit* Paris., Eodem anno Galfridus de Mandevilla firmavit turrim Londoniensem. Idibus Maii Albericus de Ver, Londoniensis, occiditur; Aldewinus fundator fuit Malverniæ.—The Cotton. and Cambridge MSS. add, 'Destructa est civitas de Wintonia xviii. kal. Octob. Et captus est R. comes Gloverniæ die exaltationis S. Crucis, pro cujus liberatione Stephanus rex dimittitur.'
231, 8, *quod*	sed.
— 24, *deputatus*	*addit* Paris., qui sibi carcerem fecit specialem et vocavit Cloere Brien.
233, 8, *invasit abbatiam*	The Royal MS. has the following curious note on this passage, 'Notâ hic qualiter invasores et violatores ecclesiæ Ramesiensis, scilicet Willelmus de Mandevilla et ejus complices, recedentes puniebantur; facti amentes enim canticabat unusquisque Anglice, 'I ne mai alive, for Benoit ne for Ive.' Ita torque-

bantur ab hiis duobus, qui ibidem quiescere dinoscuntur.' Fol. 49.

PAG. LIN.	
233, 13, *rex*	cum rex.
— 14, *pertransiens*	pertransiret.
— 23, *quoque*	igitur.
235, 28, *exsulatus*	proscriptus.
236, 17, *recepit*	The Cotton. MS. adds, ' Obitus Galfridi de Mandevilla, xviii. kal. Octobris. Galfridus, comes Andegavensis, cepit Normanniam.'
238, 21, *excusare potuit*	excusavit.
240, 27, *qui*	quum.
241, 7, *ad urbem*	*desunt.*
242, 2, *quantitate*	*deest.*
244, 21, *coegit*	*addit* Paris., Translatio sancti Erkenwaldi episcopi, decimo octavo kalendas Decembris.
245, 3, *comitem*	ducem.
— — *orta est*	*addit* Paris., Reversio imperatoris Alemanni et regis Galliæ de Hierosolymis. Lexebona capta est a Christianis. Gilebertus Foliot efficitur episcopus Herefordensis.
— 17, *pacifice*	pacifici.
— 22, *dux Normannorum*	*addit* Paris., Hoc anno gelu cœpit a quarto idus Decembris durans usque ad undecimum kalendas Martii, et Tamisia sic gelata est ut pede et equo transiretur. Rex Stephanus firmavit castellum apud Radingum.
— 33, *universus*	*deest.*

PAG.	LIN.		
246,	7,	*excrescit*	excrevit.
247,	28,	*Eodem anno*	The Cotton. MS. has, ‘ Hoc in anno præterito secundum aliquos.’
—	30,	*reginam suam*	*addit* Paris., propterea quod diffamata esset de adulterio, etiam cum infideli, et qui genere fuit diaboli.
—	31,	*gradu*	*addit* Paris., In quadragesima comites et barones Angliæ fecerunt ligantiam et fidelitatem Eustachio filio regis Stephani.
248,	4,	*consanguinitatem*	*addit* Paris., et propter prætactas causas.
—	10,	*quapropter .. ab aliquo*	verebatur enim ne ab illo.
—	21,	*etiam hi*	quidem.
—	26,	*contra ducem Andegaviam*	fratris ducis Andegavensis castrum.
—	31,	*esset .. præreptum*	captum esset violenter.
249,	9,	*Villa*	Nulla.
—	29,	*de languore*	de Languro.
250,	3,	*novendecim*	viginti novem.
—	5,	*Eodem anno .. statim exspiravit*	*desunt.*
—	9,	*Haingeham*	Halingeham ; MS. Reg.
254,	15,	*sex*	duabus.
255,	19,	*confirmatum est pactum*	confirmata est pax.
—	26,	*induisse*	instituisse.
256,	1,	*venerarentur*	venerabantur.

PAG. LIN.	
256, 25, *percussa*	ex argento percussa.
257, 15, *Episcopus autem*	Cum autem episcopus.
— 16, *volens ei infligere*	vellet ei injungere.
— 18, *offenderim*	offendi.
— 29, *operibus*	*deest.*
258, 30, *Miles..cum*	Milite itaque supradicto.
— 31, *postularet*	postulante.
259, 8, *unum*	*deest.*
260, 2, *multitudine replebitur*	multitudo aderit.
— 22, *est instructus*	se instruere cœpit.
261, 5, *aut terrore aut*	terrore eum et.
— 31, *pervideri*	transvideri.
262, 35, *tibias*	tibias immissis.
263, 22, *qui*	*deest.*
— 25, *plenam, quæ*	plenamque.
— 26, *repleta*	repletam.
— 27, *utriusque sexus omnis*	*desunt.*
— 28, *ætatis continebat*	utriusque ætatis continentem.
— 33, *tenebantur*	tenebant.
264, 18, *ascendere*	ascendentem.
— 20, *compelli*	compellentem.
266, 13, *devexum .. impretiabilem*	evectum mirabilis et structuræ impretiabilis.

PAG. LIN.		
268, 15,	*fuerit moraturus*	moraturus sit.
— 25,	*transitum*	*deest.*
269, 13,	*Ibi . . . maneret*	Sed miles libenter ibi mansisset.
270, 17,	*de intus*	festinus.
271, 10,	*servus . . . dominus*	servus esset quem Dominus.
— 32,	*Henrico . . . archiepiscopo*	Henricum, Eboracensem archiepiscopum.
— 33,	*eandem Willelmum*	suam cathedralem.
273, 11,	*octavo*	septimo.
274, 26,	*qui*	*deest.*
— 27,	*postulavit*	postulans.
275, 11,	*in opus sacerdotale*	ut inops sacerdos.
— 18,	*Exonia*	Oxonia.
276, 17,	*res ista*	istud.
— 29,	*incurrerunt*	cucurrerunt.
277, 15,	*gaudeant*	gauderent.
— 16,	*perlustret*	perlustravit.
278, 21,	*inquit*	inquiens.
— 31,	*perfundens*	profundens.
279, 14,	*conspexit*	*deest.*
— 15,	*corde*	*deest.*
280, 28,	*propinatus; in hujus*	propinatum ; in cujus.
— 31,	*fidelitatem*	*deest.*
— 33,	*Exoniensi*	Oxoniensi.

PAG. LIN.		
281, 3,	*absque licentia*	atque licentia.
— 15,	*Galiciæ*	Galatiæ.
— —	*appellant*	*addit* Paris., Fredericus consecratus est in imperatorem ab Adriano papa; manus sancti Jacobi restituta est Redingo.
283, 26,	*Losdunum*	Losonum.
286, 16,	*commendavit*	*addit* Paris., Eodemque anno Willelmus primogenitus regis Henrici obiit et sepultus est apud Radingum.
287, 1,	*primus*	*deest.*
— 12,	*repetivit*	*addit* Paris., apud Suandunum multorum cepit homagia, scilicet nobiliorum.
289, 10,	*quod, ut ait*	propter quod.
— 11,	*præpropere*	quia præpropere.
— 24,	*Novumburgum*	Burgum. *Addit* Paris., Eodem anno Maria abbatissa de Rumseia, filia regis Stephani, nupsit Matthæo comiti Bononiæ, ex qua sustulit duas filias, propter quod peccatum Thomas regis cancellarius, qui contrarius fuit huic contractui illicito, ad instar beati Johannis Baptistæ, multas passus est comitis insidias.
290, 12,	*suum graviter*	*desunt.*
— 27,	*illuc quandoque*	illucque.
291, 25,	*celebraret*	*addit* Paris., Eodem tempore Cantuaria fere omnis comburitur. — The Royal MS. adds a chapter

here, ' De execrabilibus nuptiis Mariæ abbatissæ Rumeseie.'

PAG. LIN.		
292,	14, *archiepiscopum*	archiepiscopum Cantuariensem.
—	18, *Dominica*	dictus.
—	20, *Nuntiis .. directis*	Nuntii . . . directi.
294,	8, *Exoniensis*	Oxoniensis.
—	37, *et mihi et*	et meis.
295,	6, *a quo . . . nostra et*	sine.
—	14, *archidiaconis*	archidiacono.
296,	1, *obviam . . . in osculum*	obvians in osculo.
—	4, *ostendit*	*addit* Paris., Eodem anno translatum est corpus sancti regis et confessoris Edwardi apud Westmonasterium a beato Thoma, Cantuariensi archiepiscopo, præsente rege Henrico, qui hæc procuraverat.
—	22, *sigillum regi*	sigillum regis.
—	31, *spe . . . . adempta*	ut suspicio subjectionis in posterum prorsus adempta esset.
—	32, *rex electo*	electus in.
297,	1, *stare persuadens et*	easque conservans.
—	2, *adversans*	adversabatur.
—	14, *contulit ; sed*	contulisset.
—	27, *ubi in aliquo profecisset*	sed in nullo proficientes.

PAG.	LIN.		
299,	13,	*et clericos*	vel inter laicos et clericos.
—	28,	*claris*	*deest.*
—	35,	*remanens*	remanentiam.
300,	10,	*legales . . . de visneto*	legales de Insuero.
—	23,	*debent procedere*	debebit procedi.
301,	6,	*erit placitum ... advocaverint*	*desunt.*
304,	26,	*loci*	*deest.*
—	27,	*quos*	post.
305,	7,	*archiepiscopo*	*addit* Paris., Defuncto Octaviano, Frethericus alium substituit. Hoc anno dedicata est prius ecclesia de Radinge ab eodem archiepiscopo Thoma, præsente rege et episcopis decem.
—	14,	*loco*	*deest.*
309,	24,	*sint in Anglia*	præcise.
—	25,	*amodo . . . redire*	amant . . . redeant.
311,	17,	*nomen*	The MS. Reg. has on the margin ‘ nævus.’
313,	2,	*episcopus*	*deest.*
—	21,	*subjugavit*	*addit* Paris., Eodemque anno terræ motus factus est octavo kalendas Februarii in Ely et Northfolc et Suffolc, ita quod stantes prostravit et campanas pulsavit.
314,	5,	*archidiaconum*	*deest.*

PAG. LIN.		
314, 16,	*tunc*	rem.
— 35,	*invenit*	dedit.
315, 10,	*octavus decimus*	*desunt.*
— 13,	*gubernasset*	*addit* Paris., Obiit Robertus, Lincolniensis episcopus.
317, 9,	*didicimus*	dicimus.
— 11,	*quo ... quo ... quo*	quum ... quum ... quum.
— 22,	*tota*	*deest.*
318, 30,	*Romanam audientiam appellare?*	Romana audientia.
320, 2,	*a vobis*	nos.
— 25,	*quæ..Cantia consistunt*	qui ... Cantuariensi existunt.
— 32,	*inde*	*deest.*
323, 19,	*in eundo*	eundo et redeundo.
324, 12,	*super hoc*	*desunt.*
325, 1,	*ab eo quod solebat*	*desunt.*
— 2,	*in appellationibus constat*	appellationibus.
— 18,	*volentes*	volentibus.
— 20,	*fratrem*	*deest.*
326, 23,	*volentes*	volentibus.
327, 12,	*obtemperet*	attendat.
— 28,	*in eis*	juris.
— 29,	*fines exeat an ipsius*	antea sua.

PAG. LIN.	
327, 31, *queat .... cognoscat*	nequeat, ad te appellare queat.
329, 3, *sed si hic*	si hujus.
— 8, *si plures e*	quod pluris est.
— 17, *prava*	curva.
— 19, *fœdam*	secundam.
— 20, *ne citius*	ita ut.
— 29, *accipiens.. populum*	accepit et pacis statuendæ passim per Britanniam studiosus fuit, animo cleri terræ illius sibi conciliato et populi.
330, 16, *videmus*	videtur.
— 26, *domino*	archiepiscopo.
— 27, *Quoniam*	*deest.*
331, 1, *si tibi ac tuis*	sed si tibi.
— 33, *perniciem*	provinciam.
332, 4, *officii .... juris*	officio, ratione, et jure.
— 16, *sententia .. lata fuisset*	sententiam in ipsum latam et.
333, 8, *sciturus*	sciens.
— 10, *inveniam*	inventurum.
— 26, *pax esse in januis*	pacem esse initam.
334, 4, *videbatur*	The Cotton. MS. adds here, 'Henricus primogenitus regis Henrici apud Westmonasterium die S. Basilii a Rogero, archiepiscopo Eboracensi, contra libertatem ecclesiæ Cantuariensis coronatus est,' which the Cambridge MS. has on the margin. Compare vol. ii. p. 354.

PAG. LIN.

335, 10, *operis* operum.

337, 16, *perpetua tranquillitate* All this insertion, to the words 'adhuc esset,' in the Cambridge MS. is by Paris' own hand, who has expunged the rubric and the commencement of the following chapter, and filled up the space by writing the end of the preceding in a wider form. 'Diebus autem sub eisdem dominus papa hanc elegantem epistolam misit Soldano Yconii, proponenti baptismi sacramentum suscipere et in lege Christiana instrui cupienti. 'Alexander episcopus, servus servorum Dei, Soldano Yconii, veritatem agnoscere et agnitam custodire. Ex literis tuis et nuntiorum fideli relatione cognovimus, quod in votis habeas ad Christum converti. Cumque jam receperis, ut audivimus, pentateucum Moysis, prophetiam Esaiæ et Hieremiæ, Pauli epistolas, atque Johannis evangelium et Matthæi, postulas tibi mitti virum aliquem orthodoxum per quem in lege Christi, quasi vice nostra, plenius instruaris. Nos autem petitioni tuæ plurimum in Deo commendabili grato occurrentes assensu tales excellentiæ tuæ procurabimus destinare, qui apud te in doctrina sana et salutaribus monitis vices apostolicæ auctoritatis suppleant, quorum etiam mores et merita ab honestate et munditia eruditionis evangelicæ non discordent. Quan-

dam vero nostræ fidei seriem et tenorem literis tibi supplicas aperiri; nos tuis congratulantes desideriis illam sub quodam compendio, et quasi digito tenus, intimamus. Illud igitur pie credas et fideliter teneas, quia unus Deus est, sic tamen ut in assignatione deitatis sit unitas in substantia, et trinitas in personis. Est enim Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus; sed Pater et Filius et Spiritus Sanctus unum sunt. Est autem ea discretio in personis, ut nec Pater sit Filius, nec Pater sit Spiritus Sanctus, nec Filius sit Pater, nec Filius sit Spiritus Sanctus, nec Spiritus Sanctus sit Pater aut Filius. Res quidem difficilis est intellectu et aciem rationis humanæ transcendit; sed tanto elegantius habet fidei meritum, quanto difficilior est ad credendum. Porro licet nihil inveniatur, quod expressam habeat unitatis, quæ in Deo est summæ Trinitatis, imaginem, nec verba etiam inveniantur, quibus possimus de illa essentia digne loqui, quod possumus tamen faciemus, et quasi balbutientes per verba rebus accommodata transitoriis rem tibi ineffabilem aperiemus. Paulus apostolus dicit, quia 'invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellectu conspiciuntur, sempiterna quoque virtus ejus et divinitas.' Vide ergo mentem hominis, corpus etiam solare considera; et videbis qualitercunque, licet tenuiter et quasi oculo conniventi, quandam similitudinem Trinitatis. Est in mente hominis intelligentia, memoria, et voluntas. Mentem autem vocamus memoriam, mentem dicimus intelligentiam, mentem dicimus voluntatem. Memoria, intelligentia et voluntas sunt una mens; sed nec memoria est intelligentia vel voluntas. In eodem corpore solis radium video, sentio calorem, et agnosco splendorem: hæc tria unius sunt essentiæ, et nullum tamen illorum est alterum. Sic in illa ineffabili et incircumscriptibili gloria deitatis est Filius a Patre, et Spiritus Sanctus ab utroque. Cumque Pater et Filius et Spiritus Sanctus ejusdem substantiæ, ejusdem potentiæ et gloriæ sunt, non sunt tamen tres Dii; sed in

tribus personis sunt una substantia, et unius potentiæ, et in una substantia tres personæ. Hæc fidei nostræ professio non tantum a Christo et ejus sequacibus traxit exordium, sed a Moyse et patriarchis et prophetis suum habuit fundamentum. In libro Moysis divinæ essentiæ unitas declaratur, ubi dicitur, 'Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est;' et iterum, 'Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, non erunt tibi Dii alieni præter me.' Pluritatem personarum ibi patenter insinuat, ubi dicit, 'Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem.' Cum enim Verbum Dei sit Filius Dei, sicut Johannes testatur dicens, 'In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.' Vides quod ad Filium et Spiritum Sanctum sermo Patris dirigitur, cum hæc duo pluraliter dicat, 'Faciamus,' et 'nostram.' Per Verbum enim et Spiritum Sanctum Dominus Deus universa operatus est, sicut David propheta commemorat, 'Verbo Domini cæli firmati sunt et spiritu oris ejus,' et cætera. Idem etiam propheta ministerium Trinitatis eleganter insinuat, ubi ter hoc unum 'Deus' in eodem versiculo repetit et inculcat dicens, 'Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terræ.' Prænominatus Johannes in epistola sua canonica dicit, 'Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, et hii tres unum sunt.' Esaias autem propheta, quem recipis, se audivisse testatur Seraphin clamantia, 'Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabbaoth.' Quare tertio replicat 'sanctus'? nisi ut in Domino Deo exercituum trinitatem insinuet personarum. Est itaque in summa et beatissima Trinitate, Pater, qui Filium genuit, Filius, qui genitus est a Patre, Spiritus Sanctus, qui progreditur ab utroque. Nec in illa genitura vel processione damnum defectionis vel minutionis passa est in Patre vel Filio divina substantia. Sicut enim lumen a lumine sumitur sine imminutione

luminis a quo sumitur, sic æqualis a Patre Filius, et utrique coæqualis procedit ab utroque Spiritus Sanctus. Modum tamen genituræ aut processionis istius humana ratio non attingit. Unde cum Esaiæ de Filii generatione constaret, modum generationis inenarrabilem esse sciens, 'Generationem ejus,' inquit, 'quis enarrabit?' David propheta in persona Filii de hac generatione sic loquitur, 'Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.' Filius etiam David Salomon, qui dicta scientia et intellectu mirabiliter illustravit, in persona Christi, qui est, sicut Paulus dicit, 'Dei virtus et Dei sapientia,' in libro Sapientiæ, si tu eum recipias, ita dixit, 'Dominus possedit me in initio viarum suarum; antequam faceret ab æterno, ordinata sum; antequam terra fieret, nec dum erant abyssi, et ego jam concepta eram; quando præparabat cælos aderam, quando appendebat fundamenta, cum eo eram, cuncta disponens.' Apostolus etiam Paulus Spiritui Sancto, immo toti Trinitati, testimonium perhibet dicens, 'Misit spiritum Filii sui in corda nostra,' et cætera; et alibi, 'Si spiritus ejus, qui Jesum suscitavit, habitat in vobis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum ejus in vobis.' Si Christi testimonium de unitate essentiæ et personarum trinitate desideras, ipse in evangelio dicit, 'Ego et Pater unum sumus.' Christus discipulis suis dixit, 'Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.' Cum igitur homo perdidisset propter inobedientiam paradysum, et infernales miserias perpetuo meruisset, missus est a Patre Filius, dignumque fuit ut mitteretur Filius et non Pater. Cum enim a nullo esset Pater, Filius ab aliquo, convenientius erat ut haberet in tempore matrem, qui ab æterno habuerat Patrem. Cum autem scriptum esset in psalmo David, 'Non est qui te redimat, non est qui salvum faciat, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum,' non est qui det placationem pro anima sua, ne dum pro anima aliena, missus est a Deo Patre Filius, ut homo pro

homine moriretur, pro homine captivo tributum mortis tanquam homo exsolveret, eumque tanquam Deus cælestis potestate redimeret. Hujus adventum desideraverant patriarchæ, prædixerunt prophetæ, atque illius dilationem impatienter sustinentes querela continuata dicebant, 'Quando veniet? quando videbimus? Da, Domine, mercedem sustinentibus te, ut prophetæ tui fideles inveniantur.' 'Utinam,' dicit Esaias, 'dirumperes cælos et venires.' Et David, 'Domine, inclina cælos et descende.' Sed et teste Esaia, 'Angeli pacis pro dilatione nostræ salutis amare flebant.' Idem vero Esaias de Christi nativitate manifestius loquens ait, 'Ecce virgo concipiet et pariet Filium, et vocabitur nomen ejus Emanuel.' Cum autem Maria de Jesse originem traxerit, idem propheta nativitatem Mariæ, et per Mariam Christi, atque plenitudinem gratiæ spiritualis in Christo manifeste declarat dicens, 'Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescit super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et timoris Domini, et replevit eum spiritu timoris Domini.' Natus est itaque Filius Dei de virgine incorrupta, sicut plasmatus est primus Adam de terra virgine et inviolata, Spiritu Sancto in ea operante, nostræque salutis negotium ineffabiliter procurante. Abyssus enim inscrutabilis est incarnationis Dominicæ sacramentum; plurima tamen antiquis patribus acciderunt, in quibus hujus nativitatis figura præcessit. Quod enim vellus Gedeonis rore cælesti completum est, cum area circumquaque arida remaneret, rore Spiritus Sanctus designatur in virgine, quæ ad hæc propter humilitatem suam specialiter et singulariter a Domino est electa, cui psalmista concordat dicens, 'Descendit sicut pluvia in vellus.' Quod Moysi ignis in rubo apparuit, et non est rubus igne corruptus, virginitatis integritas in Maria demonstratur. Quod, virgis aliarum tribuum remanentibus siccis, virga Aaron, de cujus stirpe virgo beatis-

sima traxit originem, fronduit et floruit, floremque de virga Jesse edidit, quam vaticinaverat Esaias, partum scilicet incorruptæ virginis indicavit. Cum inimici Dei essemus, per adventum Christi reconciliati sumus, sicut propheta prædixerat, ‘ Et pax,’ inquit, ‘ orietur in terra dum venerit.’ Ideoque angeli in ipsius nativitate gloriose pacis canticum cecinerunt, ‘ Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.’ Nova etiam stella magis apparuit; atque, historiarum testimonio, Romæ fons olei de terra fluxit in Tyberim. Templum etiam, quod idola non ruiturum prædixerant donec virgo pareret, eadem nocte funditus corruit dissipatum. Probatica quoque piscina, quæ Hierosolymis erat, ad adventum angeli moveri et sanitas conferri cœpit. Vehementissime nobis nocuit vetus Adam, sed plus profuit nobis novus. Amplius nobis contulit hujus humilitas, quam superbia illius abstulerit; nam, Paulo apostolo teste, ‘ Non sicut delictum, ita et donum;’ damni enim æstimationem beneficii magnitudo transcendit. Quem prius habuimus terribilem Deum et Dominum, nunc habemus humilem fratrem et proximum. Christus itaque cursum mortalitatis nostræ transigens in fame et siti, in lassitudine et dolore, et in universis hujus miseriis vitæ, traditus a discipulo, et tanquam vile mancipium venditus, flagellatus, consputus, spinis coronatus, illusus, clavis affixus stipiti, et morte turpissima condemnatus, quæ non rapuit, solvit. Sponte autem morti se obtulit, quia in humilitate sustinuit, sicut Esaias commemorat, ‘ In humilitate,’ inquit, ‘ judicium ejus sublatum est. Sicut agnus ad occisionem ductus est, et sicut ovis coram tondente se, sic non aperuit os suum.’ Qui ergo puerulus a justo Simeone semel oblatus in Templo fuerat in tempore legis et ceremoniarum redemptione, pro nostra liberatione in cruce manus suas ad Patrem levavit, juxta illud Davidicum, ‘ Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.’ Sic reatus, quem Adam per superbiam ligni delectatione contraxerat, mortis ama-

ritudine et humilitate Christi sublatus est, fusoque sanguine sine culpa, omnium culpæ a servitutis chyrographo sunt deletæ. Alium siquidem redemptionis modum poterat Dominus procurasse, sed nullus suæ bonitati nostræque saluti congruentior occurrebat. Cum enim homo juxta suæ prævaricationis exigentiam captus a diabolo teneretur, postulabat justitia ut non eriperetur per violentiam. Sed quia per superbiam lapsus est, sua si posset, sed quia sua non poterat, aliena saltem humilitate resurgeret. Ita Christus innocens, quem agnus paschalis in lege significaverat, se pro nobis hostiam obtulit salutarem. Cumque lex Moysis capram vel ovem constituisset pretium ad redemptionem hominis a peccato, Christus, per quem gratia et veritas facta est, attendens umbratiles legis ceremonias non sufficere ad salutem, hominisque æstimationem pluris faciens quam sanguinem alicujus hirci aut vituli sanguinem, et mortem suam pro nostra salute contulit. Et sic semel introivit in sancta summus et verus pontifex, æterna redemptione inventa. Aperuit itaque librum et solvit signacula ejus leo de tribu Juda; et, quod hostiæ legales non potuerunt, gladium amovit versatilem, et Paradisi, qui omnibus antiquis clausus fuerat, reseravit ingressum. Sic olim in monte summi pontificis solet illi, qui ad civitates refugii confugeret, securus ad propria reditus indulgeri. Olim consueverat homo causari et dicere, 'Cur exigit a me Dominus amplius quam a cæteris creaturis? Quid pro me fecit? Quid pro me laboravit?' Dixit et 'Factus sum sicut jumenta et arbores, et cætera universa; sic suæ potentiæ nutu soloque jussionis arbitrio me creavit.' Sed jam obstructum est os loquentium iniqua, et jam homini dissimulare non licet quanta pro eo Dominus fecerit, qui ut servum redimeret proprio Filio non pepercit. Porro in hac nostræ salutis dispensatione dilectio Christi nobis medullitus intimata est, qui cum in lege Mosayca dilectionem Dei et proximi dederit in mandatis, eandem in schola evangelicæ disciplinæ fre-

quentius et fortius verbis et tandem exhibitione operis inculcavit; ‘Majorem enim caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponet quis pro amicis.’ Dedit itaque materiam diligendi se, qui in suis dilectionibus nos prævenit, nec aliud a nobis exigit, nisi ut ipsum diligamus ex corde. Sane inhumanus est et crudelis, qui ejus misericordiam non recolit, qui Dominum tam clementem ex affectu non diligit, qui se pro eo, si opus est, mortis periculo desiderabiliter non exponit. Christus autem mortuus et sepultus, tertia die resurgens a mortuis, sicut discipulis vivus prædixerat, eisdem postea frequenter apparuit, et cum ipsis loquens et comedens, ostensis vulneribus manuum, pedum, ac lateris, in cordibus quorundam, qui adhuc hæsitabant in fide, ostensione vulnerum vulnus dubitationis amovit. Quadraginta itaque diebus cum eis visibiliter conversatus, eisdem comitantibus venit in montem Oliveti, et videntibus illis in cælum elevatus est; ascendit ad Patrem, ubi eum esse in Patris coæqualitate credimus, atque in communi resurrectione ipsum vivorum et mortuorum judicem exspectamus. Ut igitur Dominus noster Jesus Christus voluit et debuit ad horam mori, quia homo potuit et debuit post mortem resurgere, ut qui hominem superaverat diabolus ab homine superaretur, et superatus confunderetur. Erubescant infideles et prævaricatores, qui inordinate in hæc prorumpunt deliramenta, ‘Si Christus Deus fuit, quomodo potuit mori? Si homo, quomodo resurgere?’ Fuit nempe Deus et homo: quia homo, debuit mori; quia Deus, potuit resurgere. Utile quoque nobis fuit, quod sub iniquo judice sponte mori dignabatur, valuit et voluit resurgendo mortem superare. Et sicut diabolus per suos ministros in Dominum suum manus ausu temerario injecit violentas, ita juste ac judicialiter dominium, et tyrannidem quam in hominem exercuerat, amisit in æternum. Et hoc modo competenti, qui hominem vicerat, ab homine vincebatur; et qui in ligno superaverat, in ligno scilicet crucis potenter et

prudenter superatus fuit a Deo et homine Christo Jesu; ut quasi frater ab homine amaretur, et quasi Deus timeretur. Cæterum necessarium fuit, ut ille idem, qui nos creavit, et nos recrearet; qui nos fecit, redimendo reficeret ac perditos repararet; ne unum Deum tanquam creatorem obligaremur adorare, et alium veluti redemptorem venerari teneremur, et ita duobus Dominis famulari. Et quod Filius, non Pater, non Spiritus Sanctus, incarnaretur, necesse fuit et conveniens; quia Filio assimilari præsumpsit homo, scilicet Adam, aspirans et volens scire bonum et malum ut Deus. Videbatur igitur Filius esse in causa, sicut sanctitas Abel invidiæ Cain, et sic mortis ipsius. Dixit igitur Filius quasi noster Jonas, quum ait, 'Ego sum qui peccavi, projicite me in mare.' Non sufficit exile sacrificium et holocaustum ad tanti sceleris, quod patraverat homo, expiationem. 'Ecce venio, ego ipse venio, quia in capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam; ecce adsum immolandus.' Iterum, si tantum negotium, scilicet hominis redemptio, angelo committeretur, non esset tutum; quia in Lucifero superbia angelum reddidit infamem et suspectum. Si homini, non foret similiter securum; cum primum hominem, scilicet Adam, inobedientia culpabilem merito condemnavit. Angelus insufficiens, homo deficiens, unus imbellis, alter imbecillis. Convenienter igitur procuratum est, ut homo hominem adjutus numinis adminiculo a diaboli faucibus liberaret; ne tam arduum, tam nobile commercium vacillaret, immo potius irrefragabilius finem prosperum sortiretur, et ordo angelicus, qui per lapsum Luciferi et suorum complicum fuerat mutilatus, fœliciter restauraretur. Magna igitur et omni laude dignissima fuit mater et virgo Maria beatissima, quæ tantum Dei et hominis mundo edidit mediatorem, et nostrum parere meruit salvatorem. Quæ inter omnes, quas mundus habuit mulieres, nec primam nec similem meruit nec sequentem habere. Concepit nempe sine pudore, peperit sine dolore, et hinc migravit

sine corruptione, juxta verbum angeli, immo Dei per angelum, ut plena, non semiplena, esse gratiæ probaretur, et Deus Filius ejus, antiquum quod pridem docuit mandatum, fideliter adimpleret, videlicet patrem et matrem honore prævenire; et ne caro Christi virginea, quæ de carne matris virginis assumpta fuerat, a tota discreparet. A prædictis igitur Christianæ fidei venerabile surgit in celsa culmina fundamentum; hæc est catholicæ religionis scala, per quam homini datur ascendere ad æternæ patriam claritatis. Si ergo habes in desiderio de tenebris prodire in lucem et amplecti saluberrimam legem Christi, relictis Machometi spurcitiis, ad ecclesiæ quoque, quæ sinum pandit omnibus, refugii asylum confugere, tuæ conversationis primitias necesse est baptismali lavacro consecrare; quatenus, deposita in aquis regenerationis vetustate peccati, in novam animæ innocentiam et vitæ infantiam renascaris, ut illius gloriæ cælestis particeps efficiaris, quam auris non audivit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit; tam copiosa ut non possit annullari, magna ut non possit comprehendi, multa ut non possit numerari, pretiosa ut non possit æstimari, diuturna ut non possit terminari; quam repromisit Deus diligentibus se, et sua sequentibus vestigia pedetentim.' Soldanus igitur hiis informatus salubribus admonitionibus baptismi suscepit clanculo sacramentum; primates enim sui, quia Romæ tot scaturiunt enormitates, dicebant, 'Quomodo ex uno fonte aqua dulcis et salsa poterit emanare? Ubi Christiani fontem justitiæ haurire tenerentur, inveniunt laticem toxicatum.'

Quæ die Martis Thomæ acciderant.

Nescitur quomodo rerum præsagio vel eventu contigerit, quod multa beato Thomæ die Martis mirabilia contigerunt. Die enim Martis, scilicet die Thomæ apostoli, natus exstitit, propter quod Thomas ex voto matris in baptismo appellabatur. Bene in mundum intravit die Martis tanquam contra diabolum prælia-

turus, Mars enim, secundum poetas, deus belli nuncupatur; vita namque beati Thomæ, secundum illud Job, 'Vita hominis militia est super terram,' tota fuit contra hostem bellicosa. Passus quoque fuit die Martis, et translatus die Martis; ut talis dies ei gloriose deserviret, qualis ejus passioni tormentum impendet. Die Martis sederunt principes apud Northamptonam et adversus eum loquebantur. Actus est etiam die Martis in exilium. Die Martis apparuit ei Dominus apud Pontiniacum dicens, 'Thoma, Thoma, ecclesia mea glorificabitur in sanguine tuo.' Die insuper Martis reversus est ab exilio. Martyrii quoque palmam die Martis est adeptus. Præter etiam humanam providentiam accidit, Dei gratia procurante, quod anno quinquagesimo passionis ipsius, qui etiam annus remissionis est, annus videlicet Domini millesimus ducentesimus vigesimus, venerabile corpus ejus die Martis gloriam translationis suscepit, et eodem die Henricum regem, sub quo passus est, sinus terræ suscepit; sed hæc in sequentibus locis suis declarabuntur.

PAG. LIN.		
337, 20,	*Hoc igitur ... mentis*	Hæc beato martyre Thoma prædicta cogitante et arrham passionis præaccipiente, antequam adhuc esset.
340, 16,	*a te juramento*	abs te sacramento.
— 27,	*de cujus vita*	The Royal MS. omits the life, but continues, 'Cujus vita et virtutes in cronicis S. Albani annotantur.'
341, 1,	*libet*	lubet.
— 4,	*matre Eadwenna*	matre vero Radwenna.
— 5,	*Walepol*	Walenpol.
— 11,	*arenis*	*deest.*
342, 25,	*et redeundo*	*desunt.*

PAG.	LIN.		
343,	36,	*velut*	*deest.*
345,	8,	*aquilonalibus...partibus*	aquilonares ... partes.
—	20,	*socio*	*deest.*
—	26,	*intellexit*	intelligens.
346,	10,	*ipsius*	sanctis.
—	26,	*abstineret*	abstinuerit.
348,	33,	*Christ*	Christes.
—	34,	*help*	*deest.*
—	35,	*heali*	haali.
349,	1,	*bour*	bur.
—	2,	*clenhed*	clenhad.
—	–	*flour*	flus.
—	3,	*Delivere*	Dilie.
—	–	*regne*	rixe.
—	4,	*blisse wit thi*	pinne widh.
—	6,	*Sancta ... Dei regnum*	*desunt.*
—	10,	*mente mea*	me.
—	12,	*Christi*	Christi Godrico.
—	19,	*Venerunt.. ad*	Fuerunt ... apud.
350,	7,	*puerum ... jussit*	puer mortuus a parentibus clam oblatus est, quem jussit.
—	21,	*N.*	Nicolaum.
351,	10,	*velut indignatus*	*desunt.*
—	36,	*injustæ*	injustorum.
355,	18,	*stapham*	habenam.

PAG. LIN.

355, 32, *Saltwode* Saltiundè.

358, 10, *Exoniensem* Oxoniensem.

— 37, *oculis* ecclesiis.

360, 2, *qui Cantiam revertens .. celebrare* *desunt.*—In the C.C.C.C. MS. this insertion, as the others, is written on the margin in Paris' own hand: 'Quibus cum comminationes multiplicarent, obtemperavit; nondum enim venit hora ejus. Moram igitur faciens aliquot diebus apud Harwes manerium suum, quod distat a cœnobio beati Albani circiter septem milliaribus, ibi pausavit faciens festum. O sapientia, nec ullam faciem turbidam ostendit ipse athleta Dei! Cui cum abbas sancti Albani in esculentis et poculentis nobile misisset xenium, regratians archiepiscopus dixit satis civiliter, 'Accipio ejus præsentias, id est xenia; mallem tamen præsentiam.' Cui minister ejus, 'Domine, ecce apparet veniens in foribus.' Cui occurrit archiepiscopus usque ad ostium. Venit enim dictus abbas, Simon nomine, et recepto eo in osculo habuerunt multas diu confabulationes. Deinde petiit archiepiscopus abbatem, ut iret ad Woodstocke ad juvenem regem, admoneretque dulcibus, quibus abundaverat efficacibus, sermonibus, ut rigorem conceptum leniret. Obtemperans igitur abbas ipsum adiit festinanter; sed, cum nihil nisi superbiam et indignationem inveniret, rediit infecto

negotio. Quod cum cuncta rediens archiepiscopo renuntiaret vultu demisso ac tristi, respondit archiepiscopus suspirans, ‘Sine modo, sine modo;’ et movens caput addidit quasi spiritu prophetico, ‘Siccine, siccine adesse festinant tempora consummationis?’ Abbas autem non intellexit verbum, sed postea omnia patuerunt. Et intuens ipsum abbatem oculo piissimo et fere lachrymanti ait, ‘Domine abbas, grates tibi refero ac uberes de labore tuo licet inutili;

‘Non[1] est in medico semper relevetur ut æger;
Interdum valida plus valet arte malum.’

Et subjunxit, ‘sed et ipse portabit sine dilatione judicium;’ et respiciens clericos circumsedentes addidit dicens, ‘Ecce, amici mei, quid contigit, plus fecit mihi nunc obsequii et civilitatis iste abbas, qui in nullo mihi tenetur obligatus, quam omnes confratres et suffraganei mei episcopi;’ præceperat enim abbas recedens apud Woodstocke cellario suo, ut quotidie ipsum archiepiscopum, qui prope erat, munifice visitaret. Cum igitur abbas domum rediturus peteret archiepiscopum obnixius, junctis manibus, ut dignaretur caritatis intuitu domum sancti Albani ad Natale, quod imminebat, sua desideratissima præsentia illustrare, et tenere ibidem festum Christi nativitatis et Angliæ protomartyris, respondit obortis lachrymis archipræsul, ‘O quam libenter vellem, sed multo aliter definitum est; vade in pace, pater carissime; vade ad ecclesiam tuam, quam Dominus conservet; vado autem ad meam sufficientem excusationem, quare tecum non venio. Sed tu potius, si fieri potest, mecum veni, ut meus sis conviva, et in tribulationibus, quibus abundo, consolator.’ Quod cum renuisset, quia oportuit eum solemniis suæ interesse ecclesiæ in tanta festivitate, accepta benedictione abbas recessit. O quantis lamentis

[1] Non est in medico semper relevetur ut æger;
Interdum *docta* plus valet arte malum.
Ovid. Epp. ex Ponto, I. iii. 17.

quantisque suspiriis abbas postea cor suum cruentavit, quia non datum fuerat ei desuper in tanti martyris consortio gloriam suscepisse! Archiepiscopus autem ad ecclesiam suam iter maturavit dies Natalitios celebraturus, et infra octo dies illos ad Dominum migraturus.'

PAG. LIN.		
363, 15,	*habentur*	habent pacem et gaudium.
364, 16,	*omnibus terris suis*	omnes terras suas.
365, 1,	*foverent*	faverent.
— 25,	*eum*	*deest.*
— 26,	*dirissime*	durissime ipsum.
368, 8,	*quod*	et quoniam.
369, 16,	*Saxoniæ*	*deest.*
370, 10,	*Cantuariensis*	*deest.*
371, 34,	*transfugium fecerunt*	*addit* Paris., Ipso anno quoque vir prudens et religiosus Willelmus, abbas Redingiæ, assumptus est in archiepiscopum Burdegalensem.
373, 7,	*habitandi*	*addit* Paris., Dispersi sunt nobiles civitatis; et, quia regem nimis in defensione suæ civitatis offenderant, locum tuti refugii quærebant, ut minas et gravamen regis evaderent. Tunc igitur ad terram sancti Albani Anglorum protomartyris, et sancti Eadmundi regis et martyris, quasi ad sinum protectionis confugerunt, quia tunc temporis tanta fuit eorum reverentia, ut eorum burgi omnibus transfugis asylum et tutam protectionem ab hostibus præbuerint.

PAG. LIN.		
374, 25,	*Novembris*	*addit* Paris., et vinculis mancipantur.
— —	*Comitissa vero*	*addit* Paris., superba nimis.
— 26,	*pretiosum*	cum gemma pretiosissima.
— 28,	*hostibus suis*	hostes suos.
375, 4,	*præfatam*	memoratam.
— 9,	*filium suum, Radulphus*	filium suum, dominum regem juniorem, Radulphus quoque.
— 14,	*profecti, cum*	contra ipsum profecti sunt, et cum.
— 18,	*armatorum*	*addit* Paris., stipendiariorum stipato agminibus.
— 19,	*præbuerunt*	episcopi præbuerunt.
— 20,	*transfretandum*	*addit* Paris., paraverunt, sed nunquam ultra illud tempus comes ad plenum respiravit.
376, 12,	*lenocinatoribus*	latrocinatoribus.
377, 21,	*cunctis*	cunctis audientibus.
379, 28,	*comitis*	*deest.*
382, 1,	*Cenomannis*	apud Cænomanniam.
— 9,	*rex autem*	rex autem formam induens patris familias, redeunte filio suo prodigo.
— 29,	*incepit*[1]	*addit* Paris., Eodem anno concilium generale habitum est apud Westmonasterium quinto decimo kalendas Julii, præsidente Richardo, Cantuariensi archiepiscopo et apostolicæ sedis legato. Rogerus vero,

[1] *Incepit.*] The Cambridge (on the margin) and Cotton. MSS. insert, 'Eodem anno civitas Rothomagensis obsessa est.'

Eboracensis archiepiscopus, concilio noluit interesse. Obiit quoque Reginaldus, comes Cornubiæ. Hugo, Petroleonis diaconus cardinalis, venit legatus in Angliam, et præstitit auctoritatem tradendi clericos ante judicem sæcularem pro forisfacto forestæ et laico feudo in favorem regis.

PAG. LIN.

383, 14, *ingenio* *addit* Paris., caverunt. Hæc est forma chartæ vera quæ est in thesauro, ubi appensa sunt omnia sigilla episcoporum et baronum Scotiæ.

384, 2, *rege jubente* *addit* Paris., filioque non contradicente.

— 16, *Bergevenei* Bergamini.

— 17, *cnipulum* gladium.

385, 31, *successorem* *addit* Paris., Hugo Petro-Leonis, legationis suæ cursu cancellato, transfretavit. Rex Henricus dedit filiam suam juniorem regi Apuliæ, et sexto kalendas Septembris transfretavit. Obiit Richardus comes de Strigoil; comes etiam Willelmus de Arundell obiit quarto idus Octobris apud Waverle, et sepultus est apud Wimundham, cellam scilicet ecclesiæ sancti Albani, cujus cellæ patronus fuisse dignoscitur. Walterus quoque, prior Wintoniensis, factus est abbas Westmonasteriensis.

386, 12, *Logtonium* Legionum.

387, 15, *Henrici* *deest*.—The Cotton. MS. has 'Ulrici.'

388, 2, *collocatus* *addit* Paris., Eodem quoque anno Philippus, comes Flandrensis, et Willelmus de Magna-villa profecti

sunt Hierosolymam. Fredericus imperator venit ad pedes Alexandri papæ; audivit enim et certificatus est super hoc, quod cum fugeret a persecutione imperiali, et non erat ei tutus transitus per terram, immo per mare, exorta tempestate, assumpsit omnia ornamenta papalia in navi, quasi celebraturus, et stans imperavit mari et ventis vice Jesu Christi, cujus vicarius erat, ut ait, et statim facta est tranquillitas magna. Quo audito, imperator stupefactus, humiliatus satisfecit illi per omnia, timens tamen plus Deum quam hominem, et sic cessavit schisma.

PAG.	LIN.		
388,	8,	*Henricus*	*deest.*
389,	9,	*donavit*	*addit* Paris., Nix maxima et diuturna, animalia maritima involuta sunt fluctibus; sol passus est eclipsim sexto idus Januarii.
—	11,	*vir quidam*	In B., or the Cambridge MS., there is a coloured drawing of the discovery of the saint's remains, with the citizen standing by, under the inscription, 'Robertus civis S. Albani, cognomento Mercer.'
—	18,	*decori vultus et*	decorus vultu et eleganti.
—	—	*ejus cubiculum, ut sibi videbatur*	thalamum suum interiorem.—In B. this is inserted on the margin by Paris.
390,	3,	*ut sibi videbatur*	velociter vestitus et calceatus.
—	7,	*pervenerunt*	*addit* Paris., Obiter colloquebantur, ut solet amicus cum amico coitinerante, tum de mœniis dirutæ civitatis, tum de amne diminuto, tum de strata communi adjacente civi-

tati, tum de adventu beati Amphibali magistri sui in civitatem, tum de recessu ab invicem lamentabili, tum de utriusque passione. Et quæcunque Robertus interrogare volebat, martyr prompta responsione disserebat. Contigit autem, ut inter loquendum quosdam mercatores de Dunstaple haberent obvios, qui mane interesse foro in pago sancti Albani pro negotiis festinabant; quorum adventum prædicens ait martyr, 'Divertamus paulisper donec pertransierint adventantes, ne forte iter nostrum impediant percunctando;' iter enim ab eo coruscavit. Quod et factum est. Cum autem pervenissent ad medium circiter itineris, ubi duæ arbores in medio stratæ fuerant, ait martyr, 'Hucusque duxi magistrum meum beatum Amphibalum, cum ultimo in hac vita mundiali lachrymabiliter colloquebamur, tunc ab invicem recessuri.' Et nisi splendor, qui a martyre procedebat, obtutus Roberti reverberasset, et timor cum simplicitate refrænasset ipsum Robertum, de multis tam futuris quam præteritis sanctus certificasset.

PAG. LIN.	
390, 8, *fessis*	fossis.
— 17, *persolvit*	persolvere consuevit.
— 36, *militabit*	militabit, multisque proderit ad salutem. Robertus vero aeris et planitiei visum dimetiens lapides quosdam, qui ibi jacebant, collegit et ibidem quodam schemate locavit dicens, 'His metis de hoc sancto loco cras plenius edocebor.'—In B. in Paris' hand.
391, 2, *revertentibus*	*addit* Paris., cum venirent ante portam ecclesiæ erat domus Roberti remotior.
— 5, *recepit*	*addit* Paris., Istud, non ut quidam fingunt detrahentes veritati, non ut

somnium evenit, sed in veritate; cui testimonium perhibet finalis rei eventus, et cujusdam fratris, videlicet monachi ecclesiæ sancti Albani, Gileberti de Sisseverne, testimonialis assertio, qui frequenter a prædicto Roberto rei seriem sciscitabatur, et diligenter veritatem sub attestatione tremendi judicii, utpote vir prudens et literatus, medullitus exploravit.

PAG.	LIN.		
391,	9,	*in visu . . . re*	Non visu, sed re, sine aliqua hæsitatione.—Erased and written over by Paris in B.
—	24,	*penetravit*	ascenderat.
392,	9,	*continentiam*	abstinentiam.
—	18,	*Porro signorum*	In the place of these chapters the Royal MS. simply speaks of miracles as now appearing, 'ita ut viderentur apostolorum tempora renovari;' but adds, 'quæ propter eorum multitudinem omittens ad majora cronica S. Albani ea scire volentes transmitto,' fol. 68.
393,	6,	*martyrio*	martyris.
—	29,	*celia*	cervisia.
394,	27,	*apparuerant*	*addit* Paris., quæ in honorem sancti Jacobi principaliter et sanctorum, pro quorum veneratione fulgor cælestis apparuit, ibidem fabricata venerabatur.
395,	18,	*continetur*	continetur apud sanctum Albanum.
396,	5,	*corpora*	pignora processionaliter.
—	18,	*se primitus*	sibi penitus.
—	24,	*irrorarent*	decorarent.
—	29,	*octingentesimo*	trecentesimo.

PAG. LIN.		
396, 36,	*mutorum*	multorum.
398, 14,	*ex oblatis.. in mente*	oblatis præferentes inventum.
— 21,	*Augusti*	*addit* Paris., Richardus de Lici, Wintoniensis episcopus. Puer quidam martyrizatus est apud Woodstocke.
— 23,	*Romæ*	*deest.*
400, 12,	*viginti vel*	*desunt.*
402, 28,	*Urbano*	*deest.*
403, 26,	*substantia; Filius vero*	*desunt.*
405, 16,	*nuncupatum*	quod nuncupatum est.
— 24,	*Taileburc*	Taileburum.
406, 8,	*exterruit*	exercuit.
— 35,	*a patre*	*addit* Paris., Nova moneta in Anglia facta est. Johannes, episcopus Cicestrensis, obiit.
407, 8,	*gubernaret*	protegeret.
412, 16,	*intonuit civitatis*	civitatis introivit.
418, 12,	*promiserunt*	promitterent.
— 20,	*cum ... decessisset*	absque liberis decedente.
— 25,	*Octobris*	*addit* Paris., Eodem tempore obiit Lucius papa, successit Urbanus secundum quandam historiam.
419, 17,	*Eodem anno*	*addit* Paris., scilicet in confinio temporis, quo anno annus continuatur, scilicet diebus natalitiis Domini.
420, 5,	*erogare*	Circa eadem tempora obiit maxima mulierum, venerabilis domina Matildis, filia regis Anglorum Henrici

primi, imperatrix et uxor Henrici Romanorum imperatoris, et mater Henrici secundi, Anglorum regis maximi; unde ejusdem Matildis epitaphium:

'Ortu magna, viro major, sed maxima partu,
Hic jacet Henrici, filia, sponsa, parens.'

Added in the margin of B. by Paris' hand.

PAG. LIN.	
420, 12, *quoniam*	*deest.*
421, 34, *ad certamen*	*addit* Paris., Imago pueri Jesu lapidea fracta, sanguine manavit. Reges Angliæ et Franciæ susceperunt crucem decimo tertio kalendas Februarii. Mater ecclesia Cicestrensis et tota civitas comburuntur decimo quarto kalendas Novembris. Hugo de Nunant, Cestrensis.
422, 7, *quod parva ... præsidia*	parvis quibusdam in Galilæa præsidiis.
— 30, *væ vobis!*	*addit* Paris., væ vobis Hierusalem habitantibus.
423, 17, *habentes*	*addit* Paris., quo se conferrent.
— 29, *evaserat*	evaserunt.
424, 6, *contrectatur*	In the MS. Reg. an account of blood said to have flowed from the image of an infant Christ is inserted, as also that the town of Chichester was nearly destroyed by fire on the 13th of the calends of November.
— 32, *Salaadinus*	*deest.*
426, 11, *Turonensis*	*addit* Paris., Eodemque anno Hugo de Minant factus est episcopus Cestrensis.
427, 5, *et comites*	*desunt.*
— 11, *castellis*	catallis.

PAG. LIN.		
427, 12,	*peracta peregrinatione*	ad peractam peregrinationem.
429, 6,	*Tahpneos*	Thaneos.
— 26,	*armento*	momento.
— 27,	*ultro mori*	ultra morem.
431, 29,	*adjuvavit*	adunavit.
433, 15,	*quasi*	*deest.*
— 29,	*porrectus.. diffunditur*	prospectum ... diffundit.
— 31,	*urbem . . . obsident*	urbis a Christianis obsessio facta fuit.
435, 4,	*recesserunt*	In the Cotton. MS. are inserted here the rubric and chapter following: 'In imaginibus historiarum reperitur anno hoc prophetia Danielis Constantinopolitani. 'Anno quo annuntiatio Domini in die Paschæ continget, Franci restaurabunt Terram Promissionis, et stabulabunt equos suos in Palmaria de Baldac, et figent tentoria sua ultra arborem siccam, et lolium separabunt a tritico.' On the margin in B.
— 8,	*Anno .... MCLXXXIX.*	*desunt.*—The second volume of the Cambridge MS. begins here.
— 20,	*Angliæ et eas*	Anglorum et ea feraliter.
436, 1,	*impediretur*	expediretur.
— 3,	*auctoritate*	*deest.*
— 10,	*Cantuariensi ..Baldewino*	Eodemque tempore transmissa est hujusmodi epistola Cantuariensi archiepiscopo : 'Cantuariensi archiepiscopo Baldewino.
— 22,	*noscuntur*	constat.

PAG. LIN.		
436, 24,	*sancta atque*	atque lugubriter.
— 25,	*ubi Christus*	qui Christo.
— 26,	*constitutas deprecabatur*	constituti, Deo cantando et orando famulabantur.
— 27,	*laudatur*	*addit* Paris., ritibus polluta Saracenicis.
— 29,	*fusas*	commixtas.
— 33,	*solvant*	*addit* Paris., profanata mundent.
437, 2,	*ac desolationem*	ad opprobrium et desolationem.
— 6,	*per suos*	*desunt.*
— 13,	*ante*	copiosus ante.
— 16,	*Francorum*	Christianorum, maxime autem Francorum.
— 17,	*sanctæ*	*addit* Paris., properantium.
— 26,	*bis inter reges*	inter reges Francorum et Anglorum.
— 28,	*convenientes postulavit*	convenientes, tractatum diligentem habuerunt, super hoc postulavit utique.
— 31,	*comiti*	Pictaviensium comiti.
438, 12,	*non timere*	nullatenus formidare.
— —	*niteretur*	fulciretur.
— 14,	*vel regnum*	aliquem, maxime.
439, 9,	*Angliæ*	*addit* Paris., ope et opera comitis.
— 11,	*fingensque se Turonis*	fingens se Turonum.
— 18,	*favillam*	flammas.
— 24,	*hoc autem conflictu*	quo cruentissimo certamine.

PAG.	LIN.		
439,	26,	*vulneratus*	graviter vulneratus.
—	27,	*fugere*	*addit* Paris., cum catervatim ruerent.
440,	1,	*Angliæ*	*addit* Paris., qui tunc forte per ducem peritum impune transierant.
—	2,	*denique*	vero.
—	8,	*tum per*	et.
—	10,	*sexaginta*	quadraginta.
—	15,	*castrumque ... Monsbellus*	*desunt.*
—	22,	*Dercemue*	Dorcesmuthe.
—	26,	*tam armis ... idoneis*	cum post varios rerum eventus Ulixebonam pervenissent, tam armis quam hominibus roboratæ.
441,	5,	*solummodo ... concessissent*	tantum ... concederent.
—	25,	*Sic ... Dei*	Sicque Omnipotentis.
—	26,	*de paganis*	de paganis gloriose.
442,	3,	*festivitatis*	*deest.*
—	16,	*cingentes*	vallarunt.
443,	2,	*hac werra*	guerra.
—	3,	*de cætero*	*desunt.*
—	11,	*de Leir, de Trou*	de Troia, de Leir.
—	13,	*prophetia*	prophetia vel prognosticum dici debeat.
—	17,	*in Avernia*	*desunt.*
—	26,	*concessit*	*addit* Paris., Sed ut verius dicatur, potius creditur divina fuisse ultio et sanguinis beati Thomæ martyris reclamatio, quia quod Deo et

sanctæ ecclesiæ rex palam promisit, præcipue contra libertatem ecclesiæ bona vacantium ecclesiarum infiscando, minime adimplevit.

PAG.	LIN.		
443,	32,	*Remesburgum*	Reinesburgh.
444,	9,	*itaque cum*	autem dum.
—	13,	*annulum .. aureum*	annulum magnum in digito.
—	15,	*discoopertum ... vultum*	discooperto vultu.
—	17,	*obviam*	*addit* Paris., male sibi conscius.
—	18,	*manavit*	erupit.
—	19,	*regis*	*deest.*
—	21,	*credebatur*	*addit* Paris., ut videretur sanguis clamare ad Deum.
—	—	*Richardus*	abhorruit et.
—	23,	*Ebraudi*	*deest.*
—	25,	*divinis ... mysteriis*	divinis solemniter, ut decuit, celebratis.
—	27,	*consueverat*	*addit* Paris., exanimi magnificentia.
—	29,	*principi .. talis erat*	principi magnifico inscriptio tumuli talis exstitit.
445,	1,	*Cui satis*[1]	
—	4,	*habe*	*addit* Paris., Sufficit hic tumulus, cui non suffecerat orbis.
—	6,	*composuit*	statuit.
—	9,	*defuncta est*	præ dolore hujus dicti infortunii, ut dicitur, defuncta est.

[1] ***Cui satis.***] On the lower margin of the Royal MS. is written, ‘ Memento, quod hoc dictum a Pompeio magno sumpsit exordium ; Lucanus,

‘ Cui non suffecerat orbis,
Sufficit exciso defossa ex cespite terra
Quinque pedum fabricata domus.’

TOM. III.

PAG. LIN.		
1,	5, *Henrico*	Henrico secundo.
–	9, *eum ... exegit*	eundem ... exigit.
2,	7, *dapsiliter*	liberaliter.
–	9, *quondam*	*deest.*
–	14, *et a quibusdam .. electi*	*desunt.*
–	28, *carceris*	*deest.*
–	— *in regno*	*desunt.*
3,	7, '*Aquila ... gaudebit*'	*desunt.*
–	10, *expandit*	*addit* Paris., et præterea propter rapacitatem, quia tam animas quam corpora sua rapuit speciositate.
–	12, *segregata extitit per*	propter.
–	13, *custodiam .. aquila*	custodiæ carcerali deputata; sic igitur aquila.
–	22, *liberavit*	liberatam, reverenter, ut matrem honoravit.
4,	5, *præter lapides*	præter utensilia et jocalia et lapides.
–	8, *multas ... dedit*	multis non habentibus liberaliter concessit et dedit.
–	11, *Lutegareshale*	*addit* Paris., de Pec.
–	18, *Circa .. appellavit*	*desunt.*—The passage occurs in the Cotton. MS.

PAG. LIN.	
4, 33, *additis*	cum.
5, 1, *numerus..in immensum*	excepto thesauro suo in vasis, jocalibus et auro.
– 16, *cappis..præcedentibus*	cappis choralibus . . . prævia.
– 18, *ubi . . . duxerunt eum*	et duxerunt ipsum ducem.
– 28, *tres*	*deest.*
– 29, *sumptos*	supradicto.
6, 4, *uno*	Cestriæ.
– – *auream*	*addit* Paris., mirifice gemmatam.
– 7, *umbraculum ..portabatur*	portabant quatuor barones umbraculum sericum super quatuor hastas auro pictas.
– 8, *ut diximus*	*desunt.*
– 37, *in sinistra*	in sinistra bajulantem.
7, 3, *supradictis*	*addit* Paris., ad sedem suam, et incepta est illico solempnis festivitas missæ celebrandæ.
– 5, *eum et .. reduxerunt*	eum ad offerendum et iterum reduxerunt similiter ad pacem.
– – *missa cantata*	missa gaudenter cantata.
– 18, *Septembris*	*addit* Paris., Officia prælatorum et magnatum, quæ ab antiquo jure et consuetudine in regum coronationibus sibi vendicant et facere debent, in rotulis Scaccarii poterunt reperiri.
– 22, *interdixerat*	interdictum est.
– 23, *incantationes . . . fieri*	artes . . . exerceri.
– 24, *regum*	*addit* Paris., de quibus Judæi et aliquæ mulieres sunt infames.

PAG. LIN.		
7, 25,	*occulte*	occulte aliqui Judæorum, quorum proprium est prohibita perpetrare atque facere, illuc infeliciter.
– 26,	*et diris verberibus affecerunt*	regales egregie baculatos.
8, 4,	*ab hac clade*	*desunt.*
– 5,	*in domibus*	domos.
– 6,	*diversis ... reddiderunt*	tutioribus latitantes.
– 8,	*inchoata*	antiqui.
– 9,	*nam ... confusionis*	et factus est Judæis annus confusionis.
– 13,	*quosdam ... suspendi*	tres culpabiles et alios proterviores fecit comprehendi et suspendi.
– 24,	*Richardus*	*deest.*
– 27,	*ne ... forisfaciat*	eis forisfaceret.
– 28,	*civitates*	*addit* Paris., Omnia vero commercia rerum venalium per totum regnum constituta sunt legaliter et irrefragabiliter unius ponderis et mensuræ.
– 30,	*Rex Richardus ... confirmavit*	Magnificus autem rex Richardus et munificus monachis Cisterciensibus, ad capitulum generale de diversis terris et longinquis venientibus et convenientibus, centum marcas argenti annuatim percipiendas contulit; quod et charta sua eisdem confirmavit, et hoc de ecclesia quam habent in Scardeburga.
9, 4,	*episcoporum*	*addit* Paris., et aliorum magnatum suorum.

PAG. LIN.	
9, 5, *conventu ... dedit*	benigne concessit.
– 10, *Eliensem ; sed*	Eliensem, qui rite electi in episcopos consecrantur. Notandum tamen quod.
– 23, *omnia ... dominationes*	eis jam venalia exposuerat, donationes.
– 27, *episcopus*	*addit* Paris., vir pomposus et secularis.
10, 12, *deest*	*addit* Paris., pecuniam largienti.
— — *remanendi*	*addit* Paris., qui tamen prius votum spontaneus fecerat peregrinandi.
— 14, *quæ ... prædicatur*	*desunt.*
— 16, *venit*	prodiit.
— 31, *medelam ... per multa*	medicinas conservativas adhibuit, ut tam vita quam visu diuturno frueretur ; sed tamen cum multorum.
— 34, *sollicite*	curiose.
11, 2, *maturius ... dissolvendum*	festinanter moriturum.
— 4, *adstantibus*	*deest.*
— 6, *sed non immerito ... diem clausit extremum*	Cui sapientes ejus amici responderunt, ‘ Merito cæcus et dicebaris et fuisti, qui existens pontifex et animarum pastor, data pecunia comitis et justiciarii vanus ac superbus tibi nomen comparasti, curis secularibus te immiscens, peregrinationem tuam temere postponendo. Et sic verum tibi dixit sanctus, ut cæcus fieres ; imo totus factus es tenebrosus, mente scilicet potius quam corpore, quæ cæcitas dam-

nosior esse merito comprobatur.' Eodem anno obiit in multorum dolorem Willelmus de Mandevilla; nonisque Martii factus est tonitrus horribilis nimis, cum damnosis coruscationibus.

PAG.	LIN.		
11,	21,	*apud Antiochiam*	*desunt.*
—	28,	*habebat*	habebat e contrario.
—	32,	*partem . . . fovente*	parte . . . favente.
12,	11,	*angariati*	angariati a paganis.
—	—	*pagani, passim*	*desunt.*
—	32,	*regis*	in animam regis.
13,	13,	*Eodem mense*	The whole of this chapter is wanting in the printed editions of Paris. It occurs, however, in the Cotton. MS.
14,	7,	*Eodem tempore . . fecit*	Tempore quoque sub eodem rex Scotorum Willelmus fecit.
—	14,	*Anglorum*	*addit* Paris., memoratus rex Scotorum.
—	17,	*comitatum . . Devoniæ et*	*desunt.*
—	23,	*Eodem tempore . . . . transfretavit in Flandriam*	Eodem tempore, quinta die Decembris, rex Richardus a civitate Cantuariensi, ubi vigiliam faciens, jejunia, orationes et oblationes, certissime promisit omnia, pro quibus dimicavit usque ad mortem sanctus martyr, ad honorem ecclesiæ secundum martyris desiderium adimplere. Profectus est autem Doveram ad transfretandum in vigilia sanctæ

Luciæ virginis, et in vigilia sanctæ Luciæ transfretavit in Flandriam. Et in mari promisit votum martyri, faciendo unam capellam fabricari in honorem ipsius in Terra sancta, ubi ei dux esset et tutor in terra et mari, quod adimplevit postea apud Achon, prout dicetur.

PAG.	LIN.		
15,	12,	*Humbræ*	*deest.*
16,	10,	*inclusit*	*addit* Paris., Præter illud autem gravamen, quod Anglia tunc pertulit, rex avidus ad pecuniam acquirendam fingit se amisisse sigillum suum, et novum fecit fabricari; quod publicari fecit, et in quolibet comitatu acclamari, ut quicumque ea, quæ prius in charta fuerant, securius tenere desideraret, ad novum sigillum venire non pigritaret. Unde oportuit multos, qui ipsum in Anglia non invenire poterant, ad ipsum transfretare et ad ejus voluntatem finem facere, ut scripta prius signata novo sigillo signarentur.
17,	27,	*recesserunt*	*addit* Paris., Tempore quoque sub eodem Baldewinus, archiepiscopus Cantuariensis, celebravit concilium apud Westmonasterium, ibique valedicens fratribus iter arripuit Hierosolymitanum magnifice præparatus.
—	30,	*Willelmi, Eliensis episcopi*	Willelmum, Eliensem episcopum.
18,	14,	*Eodem anno*	This chapter is wanting in the printed editions, but occurs in C.
—	30,	*omittatis*	In the Cotton. MS. it is thus continued, ‘ Baldewinus, archiepisco-

pus . . . præparatus,' (as above, in the preceding variation but one,) 'et cum in Terra sancta strenue per aliquod tempus militasset Deo, secundum precem et desiderium suum, tanquam miles Christi emeritus viam universæ carnis est ingressus, sicut in sequentibus suo loco plenius dicetur.'

PAG.	LIN.		
19,	22,	*Christianorum, infra turrim*	*desunt.*
20,	19,	*episcopus*	episcopus Eliensis.
21,	3,	*impendere*	præbere.
—	5,	*Laterani*	*deest.*
—	25,	*post*	præter.
22,	2,	*et sub Turone*	*desunt.*
—	32,	*Saphadin*	Saphaelin.
—	33,	*Melcaleth, Melcalezis*	Melealet, Melcalethis.
23,	1,	*Techaedin*	Nechaedin.
—	12,	*Kamele ... Maruch*	Ramele . . . Manitte.
25,	9,	*latro convictus*	Delato et convicto.
—	10,	*effundatur . . . ejus*	*desunt.*
—	12,	*prima terra, qua*	primam terram quæ.
—	28,	*super Rhodanum*	ad Rhodanum.
—	33,	*non poterat .. continere*	non poterant enim uno loco contineri.
28,	19,	*quandam.. præterissent*	*desunt.*

PAG.	LIN.		
29,	12,	*qui ... cum Barba*	*desunt.*
—	29,	*Portugalensis*	Portingalensis.
30,	16,	*prævenerant*	venerant ad.
—	21,	*et, accepta licentia ... rediit absolutus*	et pecuniam obtulit, quam dominus papa aperto sinu accepit. Et sic de facili impetrata licentia, evacuatis clitellis, ne nimis ponderarent, in Angliam rediit absolutus, fœda relinquens vestigia et perniciosum exemplum populo militari.
31,	3,	*maxima sequebatur*	copiosa sequebatur exercituum.
—	6,	*ne escarum ... laborarent*	foro legitimo ne inedia deficerent.
—	7,	*at cives ... rex Richardus*	Cives autem tanto principi portas suas aperire et ipsum honorifice recipere voluerunt. At Franci superbi, quia omnis superbus impatiens consortis erit, contradicentes non permiserunt, sed armati muros ascenderunt et omnes aditus defendere conabantur. Rex autem Richardus ad iram nec immerito provocatus.
—	11,	*convolare.. invitis*	convolari, et sibi suisque, hostibus invitis, violenter aditum.
—	14,	*invaserunt*	viriliter invaserunt.
—	16,	*Hoc factum .... gestis fecerunt*	Hujus autem facti cum ad aures per querulos regis Francorum rumor pervenisset, maximam contra regem Richardum indignationem conci-

piens et occultam nunquam eam in vita sua mitigavit vel deposuit, sed, inimico humani generis fomitem cum flamma ministrante, semper, licet dissimularet infelix, suscepit incrementum.

PAG.	LIN.		
31,	29,	*Labamare*	Lemba maris.
—	31,	*et rediit ad Messanam*	*desunt.*
32,	5,	*occiderunt et quosdam*	multos occiderunt et quamplures.
—	7,	*cepit*	violenter cepit.
—	11,	*appellatur. Tunc*	appellavit. Tunc quoque temporis.
—	22,	*determinatum*	terminatum.
34,	2,	*Eodem tempore*	Diebus etiam sub eisdem.
—	9,	*militibus*	militibus Christi.
—	11,	*debita . . . implens*	persolvit.
—	15,	*multos*	multos et varios.
—	16,	*machinis*	victualibus.
—	17,	*munita*	communita.
—	—	*et Salaadinus . . . . evanescet*	Salaadino circa obsidentem exercitum cum exercitu copioso semper insidiante et, ut potuit, damnificante; unde Christi exercitus dispendium toleravit. Ibi, si credi dignum est, suscepit rex Richardus xenia et arcana dona a Salaadino, videlicet gemmas pretiosissimas, aurum non modicum, obrizum primum et purissimum, et, quod erat carissimum, unum alcattonem sa-

tis levem, nulli spiculo penetrabilem. Veruntamen rex Richardus suam in hoc excusans avaritiam suis dixit domesticis, 'Sinite ipsum, quæ sua sunt, prodigaliter consumere;' *Ce.*

PAG.	LIN.	
35,	3, *Willelmus*	*addit* Paris., Eliensis episcopus.
—	12, *sapere*	sperare.
36,	17, *tacebit*	*addit* Paris., A papa Angliæ legationem adeptus, Londini apud Westmonasterium concilium celebravit. Obiit W. Wigorniensis episcopus, et W. abbas Westmonasterii, quinto kalendas Aprilis.
—	22, *in omni ... milites*	strenuissimi.
—	27, *Ranulphus deGlanvilla ... evitare*	Radulphus de Altaripa et alii innumerabiles.
—	28, *alii innumerabiles*	In the Cecil MS., 'alii multi mihi ignoti innumerabiles.'
38,	30, *vicecomes*	vicarius.
39,	8, *cognovisset*	After 'cognovisset' the Cecil and Royal MSS. insert, 'ipsum jam, qui in prioratu sancti Martini hospitabatur, obsedit et fame immisericorditer coartavit, ut vivere cogeretur in penuria de alieno. Injunctum est etiam ei tandem, ut præcise exiret de regno festinanter ne pejus ei contingeret. Excommunicavit igitur archiepiscopus omnes illos injuriatores quia jam manus violentas in ipsum injecerunt, turpiter contrectantes. Et tandem captus.'

PAG.	LIN.		
39,	11,	*fecit [eum] in prioratu ... perductus est in castellum et*	venerat ad ecclesiam præfatam, cum fustibus et armis irruens in archiepiscopum indicensque ut de regno sine mora in Flandriam navigaturus exiret. Et tandem captus et tractus est in castellum.
—	28,	*servabatur*	servatus; *Ce.*
—	34,	*Londonias venit*	*Ce.* and *R.* insert, 'sub ducatu episcopi Londinensis liberatoris sui, ubi ab eodem episcopo.'
—	36,	*Hæc profecto ... redundavit*	Excommunicavit igitur archiepiscopus omnes illos injuriatores, qui jam manus violentas in ipsum injecerant, turpiter contrectantes.
40,	6,	*sextam*	septimam.
—	15,	*regis Francorum*	*desunt.*
—	20,	*qui ... vela dirigeret*	quumque prospere versus Achon velificaret.
—	25,	*Babyloniæ*	*Ce.* and *R.* add, 'scilicet Saphadino.'
41,	3,	*et robustorum .. muniretur*	*desunt.*
—	9,	*Tandem ... ad cautelam reservavit*	Tandem a quibusdam regis Richardi mersoribus ipsam subtus aquam invadentibus, locis quamplurimis terebratur. Aqua autem ebulliente repletur dromunda, non tantum carina et sentina, sed et limbus ejus propugnaculatus et area. Spe igitur perdita evadendi mille trecentos præcepit rex in mari submergi et ducentos vivos ad cautelam reservavit; *Ce. et R.*

PAG.	LIN.		
41,	29,	*quod factum ... declarans*	Quod caute non per superbiam factum est, sed ut Christianos animaret et confortaret et terreret inimicos. Sola tamen Francorum superbia obgrunnivit ; *Ce. et R.*
42,	3,	*qui ... fiduciam resistendi*	Obsessi igitur undique desolationem considerantes, muris suis ponderositate lapidum concussis, et spiculorum grandine appetiti, in stuporem et diffidentiam sunt conversi ; *Ce. et R.*
—	10,	*redderet*	restitueret.
—	12,	*vellent*	*addit* Paris., redderet.
—	13,	*civitas*	civitas nobilissima, quæ Achon vel Ptolomaida nuncupatur ; *Ce. et R.*
—	16,	*est feliciter mancipata*	reddita est.
—	19,	*circa duo.. coarctatis*	duo millia civium et sexcenti sunt decapitulati, cæteris carcerali custodiæ mancipatis ; *Ce. et R.*
43,	33,	*Richardo rege ... cujus terram plurimum gestiebat*	et postea per Cannarum hastiludium infelix suscepit paulatim incrementum. Dimisit tamen ibi ducem Burgundiæ cum mille armatis, quasi in adjutorium regis Richardi, proditorem nequissimum, quem et instruxit de proditione. Hiis omnibus stimulum addidit mors comitis Flandriæ, cujus terram rex Franciæ plurimum concupivit, ut reditum maturaret.
44,	24,	*sexcenta*	septingentos ; *Ce. et R.*
45,	4,	*licet non sine gravi ... rediit cum triumpho*	non tamen sine gravibus certaminibus, exercitu Salahadini semper a latere exercitui Christiano insidi-

ante. Et sic rex victor Achon rediit lætabundus, et post paucos dies exiens ad Jopen, non longe a Cæsarea, repulso Salahadino cum toto exercitu suo victo et turpiter fugiente, victoriam gloriosam consecutus est. Dedit igitur tunc Henrico nepoti suo regnum Hierosolymitanum cum uxore marchisii de Monte-Ferrato. Eodem tempore redemit sanctorum plurimorum reliquias, quas Salahadinus ceperat, pro infinita pecunia ; *Ce. et R.*

PAG.	LIN.		
47,	14,	*septem millia*	quatuordecim.
—	17,	*philacteria*	philaterna.
49,	13,	*apparibus*	patribus.
—	23,	*apparibus*	patribus.
—	33,	*disponatis*	*addit* Paris., Hoc anno obiit Clemens papa, cui successit Celestinus, a quo Henricus imperator coronatus est in vigilia sancti Johannis Baptistæ.
50,	2,	*Eodem tempore*	Hugo itaque de Nonant expulit monachos de ecclesia Coventrensi, instituens ibidem clericos seculares.
54,	5,	*viginti novem*	quadraginta novem.
55,	8,	*onustis*	onustis, maxime cum victualibus, utpote frumento, amygdalis, ficubus, uvis passis et consimilibus ; *Ce. et R.*
—	—	*numerositatem*	numerositatem, quam Caravanam vulgus appellat ; *Ce. et R.*
—	12,	*Rubeam*	Turbatam.
—	14,	*distribuit*	distribuit, maxime tamen Normannis, quos præ cæteris dilexit nationibus.

PAG. LIN.

55, 17, *collocavit* *addit* Paris.,Circa[1] idem tempus venit dux Austriæ, ut, in Terra sancta votum suæ peregrinationis perficiendo, in exercitu Christiano Deo fideliter militaret et Salvatoris vestigia ibidem adoraret. Cumque prævii ejus marescalli sibi hospitium accepissent et necessaria præpararent, supervenit præcipitanter quidam miles de familia regis Richardi natione Neuster, et more suæ gentis ebulliens stultitia cum jactantia asserebat se majus jus in illo hospitio habere quam aliquis alius, cum prius illuc adveniens sibi suisque sociis illud assignasset. Multiplicatis convitiis utrobique clamor ad aures regis pervenit. Rex autem nimis causæ Normanni favorabilis et credulus in iram excanduit contra familiam ducis, et non perpendens civiliter moderamen Dominicum, scilicet, ‘ Descendam et videbo,’ præcepit præcipitanter, et secus quam deceret, ut vexillum ducis in eodem hospitio pro signo affixum in cloacam dejiceretur. Quod factum cum dux hospitio privatus et turpiter a Normannis [2]garrulis lacessitus cognovisset regem querulus adiit, sed nihil nisi sannas reportavit. Unde dux a rege spretus ad

[1] *Circa idem.*] Ipsis quoque diebus cum lis oriretur de hospitiis capiendis inter prævios mareschallos ducis Austriæ et armigerum cujusdam militis de Normannia, et clamor; *Ce. et R.*

[2] *Garrulis lacessitus cognovisset.*] Qui de more verbosi verba incomposita et ampullosa ebulliunt, didicisset; *Ce. et R.*

Regem regum se convertens Dominum Deum invocavit in ultionem cum lachrymis, ut quemque superbum frangens tantam passum injuriam consolaretur, qui ait, ' Mihi vindictam, et ego retribuam.' Dux autem cito post reditum ad propria confusus et verecundus maturavit. Hoc facto, rex Richardus postea non mediocriter exprobratus erubuit.

PAG.	LIN.	
59,	26, *sed naves .. appulerunt*	Et quia ventus adversabatur ex obliquo remigantes, cum tribus tantum navibus tertia die mane in portu Jopen applicuerunt; *Ce. et R.*
60,	5, *ac vulneratos ... regis diffidentes*	ac vulneratos, captos jussit perimi, quinque tamen præstantiores reservando, sed ipsi strenui valde evadentes se in castrum receperunt, et invenerunt ibidem omnes tractatum habentes de reddendo castro, quod et cito fecissent, nisi de adventu regis certificarentur; *Ce. et R.*
—	13, *præmunirentur*	præmoniti fuissent.
—	24, *Rex autem ...lætitiam obsessorum*	Rex vero ut castellum nondum fuisse captum cognovisset, de navi prosiluit, et in medias hostium catervas se audacter ingessit, a dextris et sinistris inimicos prosternendo. Cujus subitaneum impetum Turci non ferentes, credentes etiam ipsum numerosum exercitum adduxisse, ab obsidione diffugiunt donec regrederentur civitatem, Salahadino in curru rapido præcurrente. Rex autem hostibus fugatis figi præcepit tentoria sua extra urbem; *Ce. et R.*

PAG.	LIN.	
60,	24, *ex gravi*	ut ex gravi.
—	25, *sciens*	cognovisset.
61,	12, *fugari*	fugari ac fugere.
—	19, *nefaria*	nefanda.
62,	1, *et quasi*	atque.
—	2, *exhortatoriis*	excitatoriis.
—	3, *nec*	sineque.
—	6, *lanceam vibrat*	lancea confracta.
—	18, *repellebatur*	pellebatur.
63,	13, *Interea nuntiatur . . . 'ad vincula' nuncupatur*	Interea nuntiatur exercitui, quem apud Achon rex dimiserat, apud Jopen regem ab hostibus circumseptum, quantocius capiendum, nisi celerius ei subveniatur. Convenerunt igitur strenuissimi ad unguem armati, sed cum ad locum pervenissent certaminis, et audissent quod rex cum tam paucis de tot millibus hostium tam gloriose triumphasset, Deum pariter et communiter laudaverunt æque in paucis et in multis dimicantem et triumphantem. Cum autem hæc audisset Salahadinus, etsi invitus Christum Dominum ac Deum Christianorum glorificavit; adjungens quod inter omnes mundi principes dignissimus admiratione fuit rex Richardus si non sui tam prodigus exstitisset, non enim, ut asserebat, regem decet omni ancipiti periculo se exponere; sed si aliquis rex magnificus tales mille haberet commilitones,

profecto totum mundum sibi in brevi subjugaret; *Ce. et R.*

PAG.	LIN.	
63,	20, *subsidium ...conferre*	subsidii ereptione conferrent.
—	27, *nuncupatur*	*addit* Paris., [1]Eadem hora Salaadinus quasi in ultionem jussit sibi quendam Christianum captivum, longo carcere maceratum, principem scilicet quondam Antiochiæ, in propatulo præsentari. Quem torvo oculo intuens sic est affatus, 'Sic te juvet Deus, quid ageres si me ut ego te vinctum haberes?' Et cum paulisper subticuisset vinctus, iterum adjuravit illum Salaadinus ut veritatem non diffiteretur. Tunc vinctus palam in hunc sermonem prorupit dicens, 'Ecce sententia capitali punireris, quia Domino ini-

[1] *Eadem hora...dubitaverit.*] Eadem hora Salahadinus quasi in ultionem jussit sibi quendam captivum, quem diu in vinculis artissimis tenuerat, principem scilicet quandoque Antiochiæ, sibi præsentari. Intuens igitur ipsum torvo aspectu ait, 'Sic te quandoque adjuvet et liberet Deus tuus Christus, quid de me faceres si sic me vinctum haberes?' Et cum paululum substituisset vinctus, iterum adjuravit eum Salahadinus, ut veritatem non diffiteretur. At ipse adhuc parum hæsitans audacter in hunc sermonem palam erupit, 'Vis, Salahadine, ut verum tibi dicam? Certe quia qualiscunque rex es in lege tua detestabili Christo Deo inimicissimus, morte punieris, nullo thesauro etiam Octoviani redimendus, sed propter reverentiam tuam dignitatem [tuæ dignitatis] non inferior persona quam ego te decapitaret, ego ipse te decollarem.' Salahadinus igitur ipsius vincti admirans animositatem ait, 'Nunquam te talem habiturum potestatem, ore tuo te judico, et tu idem subibis judicium.' At vinctus prosiliendo appropinquans ei et collum extendens alacriter ait, 'Hoc est quod diu desideravi, nihil amplius asportabis.' Et jussit Salahadinus statim gladium suum sibi tradi, et ibi eadem hora ipsum manibus a tergo vinctis decollavit. Hoc vidit magister Ranulphus Besace, physicus regis Richardi, qui postea sancti Pauli Londoniæ, qui tunc custos regis corporis exstiterit quia longævus, venerat enim illuc sub pacta pace, ut visitaret quosdam infirmos captivos, etiam postea plus quam sexaginta annis vixit, sed secus [cæcus] per multum temporis; *Ce. et R.*

micissimus nullo auro redimendus; et quia in lege tua canina persistis, quanquam rex et non inferior me, tamen caput tuum amputarem.' At Salaadinus, 'Nunquam te talem habiturum potestatem arbitror, ore tuo autem te judico, et ego ipse incontinenti caput tuum amputabo.' Jussit ergo adferri sibi gladium evaginatum. At vinctus alacriter prosiliendo et læto vultu ipsi appropinquando extendit ei collum dicens, 'Hoc est quod optavi, ecce caput, nihil amplius asportabis; gaudeo de causa mortis et de ferientis auctoritate.' Salaadinus autem statim caput ipsum, manibus a tergo vinctis, decollavit. Quis autem ipsum martyrem esse gloriosum dubitaverit?

PAG.	LIN.		
64,	1,	*moraretur*	moraretur, infra quod tempus jussit apud Achon capellam in honorem sancti Thomæ martyris fabricari; *Ce. et R.*
—	31,	*annorum*	annorum, quod multum Deo displicuit, eo quod schisma Christianorum erat in causa.
65,	14,	*repererunt*	reperiunt.
—	19,	*Deo fore*	Domino fuisse.
66,	11,	*Theutonicam*	Germaniam.
—	19,	*postularunt*	expetierunt.
—	24,	*includens*	inclusum.
68,	30,	*cupiens, dum*	cupivit. Dum autem.
69,	18,	*custodirent*	custodierunt.
70,	9,	*Romano*	Romanorum Henrico.
—	10,	*et tunc*	quem.
—	14,	*præcepit in Trivallis*	*addunt Ce. et R.*, illud oppidum, in quadam provincia est in qua sunt tres profundissimæ valles et opacæ, in

quibus senes et valetudinarii etiam a filiis id pietatem reputantibus solebant præcipitari, et secundum eorum nobilitatem in curribus adornatis pompose illuc adducti senes, convivio facto et valedicto, in dictas valles detrudebantur.

PAG.	LIN.		
70,	16,	*intravit*	*addunt Ce. et R.*, et in quem includi crudelius censetur quam interemi, unde illud philosophicum, ‘ Bonum,
—	17,	*parentes in Trivallis*	patrem in Triballis.
—	21,	*qui eum... omnibus*	quievit in locis omnibus, nec defuere qui.
—	29,	*quoties ... derelinquo*	cujus facta mirabilia, ne historiæ series retardetur, aliis enarranda derelinquo ; *Ce. et R.*
71,	8,	*quia ... se*	sed ... eum.
—	9,	*deliquisse.. prætendens*	accusans, calumnias multas eidem regi prætendit.
—	23,	*causatur de imperatore*	causabatur de rege.
—	31,	*Assisinis*	Arsacidis ; in the printed editions. Arsacidis, id est Assassinis ; *Ce. et R.*
—	32,	*quos etiam*	quod et.
—	33,	*fidelitatem*	fidelitatem, ut debuerat.
72,	5,	*præcipitaverit*	projici jusserit.
—	6,	*verbis probrosis et factis*	verbis ampullosis, qui, ut ipse, venerant vestigia Christi in Terra sancta fideliter adorare, et factis ; *Ce. et R.*
—	10,	*stans*	stans, licet patricida superbus et proditor appellaretur ; *Ce. et R.*
—	22,	*defendebat*	depellebat.

PAG.	LIN.		
72,	29,	*ipso*	rege.
—	32,	*honorare*	honorare. Ille dux Austriæ postea a domino papa et omnibus cardinalibus excommunicatus est. In morte autem licet non satisfecerit ad cautelam, ne in desperationem caderet, ab episcopis suis absolutus obiit horribiliter; *Ce. et C.*
73,	4,	*antequam.. conveniret*	quæ omnia ante liberationem suam solveret, absque expensis tam ipsius quam aliorum ob illam causam antequam convenirent factis.
—	7,	*quam citius*	quum.
—	21,	*rebus habitis regi donavit*	thesauro suo adquietavit. Abbas quoque S. Albani Warinus omnes suæ ecclesiæ et diocesis adquietavit, de suo centum marcas conferendo; *Ce. et R.*
—	26,	*Hujus autem..atque frugum*	*desunt a Ce. et R.*
74,	1,	*infertilitas*	infelicitas.
—	4,	*Rex autem*	All this chapter is wanting in the printed editions and in *C.*
75,	27,	*excommunicatus, si*	excommunicatus est, si autem.
76,	31,	*et castra... plusquam sexcentas*	præter villas plusquam sexcentas. Quartus filius, Mehemodain, tenet regnum Asiæ, quod habet munitiones plusquam quingentas.
77,	14,	*populus... crucifixum*	a populo Christiano populus Christianus.
—	21,	*Saracenos transmittit*	Sarateos, quoddam pondus auri sicut ciclus argenti; *Ce. et R.*

PAG.	LIN.		
78,	16,	*dormiebat*	dormit.
—	22,	*Alcoranus*	*addit* Paris., nam *Al* Arabice est *totum*, *Choran* autem *lex* dicitur.
—	31,	*iniit*	iniit, qui libens in odium regis Richardi ejus suscepit amicitiam et propositum acceptavit ; *Ce. et R.*
—	—	*in Anglia ...coronari*	disposuit coronari, dicebat enim periculum regnum esse sine rege, sicut navem sine gubernaculo, et pro fratre in Anglia alter Jacob regnaret ; *Ce. et R.*
79,	4,	*Rex Francorum . . . aggreditur*	Rex Franciæ Philippus, juramenti sui immemor et fidei, Normanniam hostiliter aggreditur, qui fraudulenter liberationem regis Richardi prout potuit impedivit, vastans igitur et occupans dictam terram ; *Ce. et R.*
—	13,	*partim ... expugnatione*	plus proditione et fictis mendaciis et falsis mandatis, quam expugnatione ; *Ce. et R.*
—	16,	*insuper*	militariter.
—	20,	*Ebroicensem*	Eboracensem.
—	21,	*etiam*	*deest.*
—	26,	*in uxorem*	in uxorem, ut partem suam plus contra regem Richardum roboraret ; *Ce. et R.*
—	31,	*electus canonice*	canonice electus est et.
80,	6,	*mater regis*	mater et amatrix regis indefessa ; *Ce. et R.*
—	7,	*maturavit*	maturavit. Archiepiscopus vero memoratus ambitiosus impetus comitis Johannis potenter interim refrænavit ; *Ce. et R.*

PAG.	LIN.		
80,	16,	*ducis*	comitis.
—	18,	*Gregorii*	Georgii.
—	31,	*universa civitate*	occurrentibus et applaudentibus regni magnatibus, solo comite Johanne ingemiscente; *Ce. et R.*
81,	5,	*reversurum*	reversurum. [1]Cui adventanti occurrit apud Westmonasterium, ex parte abbatis sancti Albani Warini, quidam ex ejus servientibus Gaufridus cognomento Hakesalt, adferens eidem regi ex parte dicti abbatis munera non modica ex auro et argento, quæ merito regalem non tantum pacare sed et exhilarare poterant magnificentiam. Ipse autem rex, pensans affectum cum muneribus, eidem abbati gratias retulit aduberes, veluti amico indefesso et patri, qui filii sui immemor esse non sustinet; ipsum enim abbatem de consuetudine, quia amicissimus erat ei, patrem appellavit carissimum. Ex tunc igitur de amico amicior factus rex abbati in omnibus agendis exstitit favorabilis auxiliator.
—	14,	*sed rege... obsidente*	*desunt.*
—	15,	*ut certius.. derogandum*	sed statim regi adventanti, qui in ipso erant, sese statim reddiderunt,

[1] *Cui adventanti.*] Rex vero vix per diem apud Westmonasterium commorans, ubi exenium ab abbate S. Albani Guarino suscepit nobilissimum, quia sese præcordialiter diligebant. Misit enim ei quatuor cuppas argenteas et totidem annulos nobilissimos et centum cochlearia et zonas sex carissimas per famulum quendam dictum Galfridum Hacksalt, qui me scriptorem super hoc reddit certiorem; misitque rex regalem oblationem ecclesiæ S. Albani suam excusando absentiam. Ad S. Eadmundum gratia orationis et gratiarum persolvendarum perrexit; *Ce. et R.*

comite Johanne jam obmurmurante; quorum quosdam rex incarceratos graviter redemit, quosdam nimirum exhæredavit, quosdam proscripsit, assumptis sibi eorum terris et catallis, qui mendicaturi exularunt, comitis Johannis et propriam ambitionem et præsumptionem et infidelitatem detestantes; *Ce. et R.*

PAG.	LIN.		
81,	17,	*suis . . . ponentes*	suis omnibus voluntati regis et miserationi supponentes.
—	20,	*sitiens*	concupiscens.
82,	4,	*in Anglia .. coronatus est*	et multiplicatis amicorum precibus comite Johanne in fraternam amicitiam revocato, rex apud Wintoniam coronam portavit; *Ce. et R.*
—	11,	*ubi comes Johannes ... gratiam recepit*	Comes autem Johannes frater ejus, sciens se jam ei pacificatum, ibi eidem occurrens, se pedibus suis prosternens misericordiam imploravit de commissis. Commota sunt regis viscera super fratre suo et omnem remittens indignationem in osculo eum recepit; *Ce. et R.*
—	16,	*insipientiam*	insipientiam suam et consilium malum, non malitiam, et sic necesse factum fuisse, quo irrevocabilis foret rex.
—	20,	*recepit*	recepit, veruntamen terras suas ei ablatas non continuo illi restituit.
83,	5,	*pugnare*	dubia fata Martis experiri; *Ce. et R.*
—	—	*suo semper*	suorum magno.
—	17,	*furibundus*	quasi in ultionem furibundus; *Ce. et R.*
—	24,	*quod .. custodiendum commiserat*	*desunt a Ce. et R.*
—	27,	*quam cum illo fecerat*	ejus.

PAG.	LIN.		
83,	32,	*copiosum .. in comitatu*	exercitum ducens cum quinquaginta balistariis optimis ; *Ce. et R.*
84,	28,	*subjectis, quorum*	potestati subjectis, quorum ipsi reges.
85,	12,	*His ita gestis*	Hoc quoque anno captus est Robertus comes Legecestrensis [1] a rege Francorum et comite Perticense. Eodem anno Henricus Marescallus, frater [2] Willelmi Marescalli senioris, fit episcopus Exoniensis. Tandem.
—	19,	*Eodem..exercitatiores redderentur*	Diebus sub eisdem rex Richardus præcepit torneamenta per Angliam propter exercitium militare libenter capi et strenue frequentari; *Ce. et R.*
86,	18,	*contra quem .. hunc attollit*	sed et ipse Salahadinus moriturus coram multis hoc protestatus est; *Ce. et R.*
87,	17,	*Cumque hæc ... irrogatis*	Cumque hæc et alia multa coram summo pontifice regii nuntii allegassent, dominus papa illico missis solemnibus nuntiis ducem ter ammonuit, ut tantam transgressionem emendans regi piissimo Richardo, qui toti universali ecclesiæ fideliter militavit, condigna respondeat satisfactione. Quod cum facere recusavit, papa cum suis cardinalibus ipsum ducem terribiliter excommunicavit, et in genere omnes qui in regem et suos manus injecerant violentas, totamque terram ejus supposuit interdicto ; *Ce. et R.*

[1] *A rege ... Perticense.*] Per Recelinum vicecomitem Belli-Montis ; *Ce. et R.*
[2] *Frater.*] Filius; *Ce. et R.*

PAG. LIN.

87, 19, *illico* — *addit* Paris., post trinam admonitionem, quam dux exaudire recusavit.

— 26, *faciat* — faceret.

88, 2, *His omnibus* — This chapter is thus read in *Ce.* and *R.*

'His igitur omnibus duci ab episcopo Veronensi rite denuntiatis, dux omnia spernit. Percussa est igitur terra ejus sterilitate inaudita, fame, et peste generali. Danubius insuper fluvius plusquam decem millia hominum absorbuit derivatus. Insuper die sancti Stephani dum spatiatum equitando dux cum suis sociis pergeret, equus ejus offensus tibiam ipsius cum pede ad arborem violenter contrivit. Tibia igitur cum pede nigredine tincta et dolore horribiliter contumescens igne percutitur infernali. Cujus cruciatum dux non valens tolerare, pedem a crure, ipso interim dolabrum tenente, fecit amputari; sed nec sic doloris incurabilis evasit vehementiam, femur enim cum corpore igne memorato depascebatur. Tandem vero culpam recognoscens, suadentibus episcopis qui aderant, qui hæc in ultionem missa a Deo protestabantur, obsides absolvuntur, et residuum pecuniæ se spospondit redditurum, ut absolvi ante mortem mereretur. Cujus corpus diu jacuit inhumatum donec detestabiliter vermibus scateret, eo quod filius ejus mandata patris morituri exequi dedignabatur.'

PAG.	LIN.		
89,	9,	*sibi*	scilicet.
—	14,	*Circa dies istos*	In *Ce.* and *R.* thus: 'Circa dies illos rex de Marroch cum regulis triginta et innumerabili paganorum exercitu, in quo sex decies centum millia paganorum fuisse perhibentur, ex Africa prorumpens in Hispaniam applicuit, terram regis petit Hispaniæ, aliasque provincias exterminantes, tandem audierunt quod proposuit papa convocato concilio generalem crucesignationem construere contra eos, cui exercitui præesse debuerat rex Anglorum Richardus magnanimus, cujus fama jam totum repleverat orientem et etiam multos terruerat Affricanos, quibus nota fuit et incarceratio et deliberatio, et quod etiam regem Francorum postea coegerat retroire. Omnes igitur increduli ad propria sunt regressi.'
—	—	*Maroch*	*addit* Paris., potentissimus, quem 'Mirabilem mundi' vulgus, vel quod melius 'Admiralium Murmelin,' id est 'Admiralium bellicosum' et victoriosum nominavit.
—	15,	*paganorum . . prorumpens*	*desunt.*
—	17,	*petit . . . . plurimas*	dictæ petens Hispaniæ vastavit, alias quoque provincias plures.
—	19,	*tantum*	tantummodo.
—	23,	*perturbata est vehementer*	contremuit conturbata. Istam autem Dei iram aquarum diluvium præsignavit, quæ segetes suffocans validam famem generavit.

PAG.	LIN.	
89,	26, *Eodem*	This chapter is wanting in *Ce.*
—	— *Guarinus*	magister Guarinus scientia et moribus præditus.
—	29, *Johannes*	magister Johannes, dictus de Cella, vir maximæ religionis et scientiæ.
90,	1, *monachus*	*addit* Paris., et prior cellæ de Walingeford.
—	4, *accepit*	*addit* Paris., Sub eodem tempore prior hospitalis Hierusalem factus est episcopus de Bangor. Eodemque anno obiit Hugo de Pusaz, episcopus Dunelmensis, et Henricus episcopus Wigornensis.
—	32, *Ea*	Eadem quoque.
92,	37, *transmarinam*	Cum hæc autem ad regis notitiam pervenissent, ipse prompta devotione animatus alios strenuos ad opus crucis, maxime quos multipliciter exaltaverat, alacriter animabat, persuadens ut tam pro ipsius regis salute, quam ecclesiæ promotione et propriarum animarum salute, ad laborem prædictum accingi non pigritarent; et, ut quosdam huic salubri admonitioni rebelles civilius reprehenderet, prædicatoris formam induens hanc frequenter parabolam circumsidentibus replicavit. Tunc vero temporis contigit de quodam cive Veneto, divite scilicet et avaro, quiddam relatu dignissimum, quod propter ingratorum multitudinem huic paginæ duximus inserendum. Civis igitur memora-

tus, nomine Vitalis, cum daturus esset filiam suam nuptui, ut mensam præpararet lautiorem, venatum ivit in quandam forestam vastissimam et desertam mari conterminam. Et cum per devia eremi solus vagaretur, arcum extentum bajulans cum sagittis, cupiditate ferinæ ductus, incidit forte in foveam et pedicam, leonibus, ursis, et lupis subtiliter præparatam; a qua, cum os strictum esset et pavimentum profundum et amplum, nullo modo potuit ascendere vel evadere. Invenit autem in ea, quæ eodem casu in ipsam inciderant, duo crudelia animalia, leonem et unum magnum serpentem; sed ipsum Vitalem, qui se signo crucis præmunivit, nequaquam invaserunt, licet famelici nimis et protervi. Morabatur ergo illic tota illa nocte et die sequenti, clamans et ejulans, et mortem suam tam probrosam lamentando deplorans. Accidit autem ut quidam pauperculus carbonatorum sylvicola, dum pergeret, quisquilias ibidem lignorum colligendo, audiret clamorem et planctum quasi subterraneum, et vocem sequens pervenit ad os putei, et introspiciens ait, ‘Quis es quem audio?’ Et Vitalis expergefactus et gavisus supra id quod dici potest respondit alacriter dicens, ‘Ego quidem miser, Vitalis cognomento, Venetus, qui ignarus pedicarum et muscipularum harum in foveam istam feris nocivis incidi devorandus, qui fame et timore contabesco. Sunt enim hic duo, quæ nimium pertimesco, animalia, leo scilicet quidam et anguis; sed adhuc, Domino protegente, cujus signo me communivi, me non invaserunt; tibi reservatus sum, ut tibi benefaciam. Erue me, et bene tibi erit; ecce tibi dimidium bonorum meorum concedo, videlicet quingenta talenta; sunt enim mihi mille.’ At pauper; ‘Si dictis facta compenses, faciam quod desideras et hortaris.’ At Vitalis dicta sua multis et magnis juramentis, Domino interposito pro fidejussore et fide media, confirmavit. Et, cum colloquerentur, leo motu caudæ saltuque jucundo, et similiter anguis blando sibilo et totius corporis volubilitate, eidem pauperi applauserunt, quasi liberationem suam cum Vitale postu-

lantes. Et statim pauper domum suam festinus abiit, scalamque quandam cum funiculis, quos noverat necessarios, cum summa festinatione præparavit, et rediens dimisit eam in puteum solus. Et statim, immo raptim et certatim, leo et anguis per gradus scalæ ascendentes ipsi pauperi applauserunt, et circumeuntes pedes ejus volutabantur coram eo lætabundi, quasi gratiarum actiones pro liberatione sua referentes eidem. Postea vero pauper ipsius Vitalis ascendentis manum apprehendit et deosculans ei dixit, ‘Vivat manus hæc! eia, eia, gaudeo plane, quia voti compos effici merui;’ et duxit eum donec ad notitiam itineris perveniret. Et Vitali recedenti ait Sylvanus pauperculus, ‘Quando et ubi persolves mihi debita?’ Et Vitalis, ‘Intra diem quartum in Venetia, videlicet in palatio meo, quod quidem famosum est et reperire non est difficile.’ Rediit Sylvanus ad domunculam suam, ut pranderet. Quo sedente ad mensam, ecce leo, quem liberaverat, apportans hinnulum intravit, et apposuit mensæ prandentis blandus et mansuetus, quasi offerens illud pro præmio beneficii et liberationis et applaudens, mitissimus sine rugitu et ira aut alicujus læsione recessit. Et sequebatur eum Sylvanus ludentem coram eo et lingentem pedes ejus, ut sciret ubinam foret cubile ejus, admirabatur enim vehementer leonis tantam mansuetudinem, et postea rediit ut pranderet. Et cum cibum sumeret, ecce serpens liberatus adfuit, gemmam pretiosam in ore deferens, apposuitque eidem Sylvano tanquam liberatori suo; et illam in disco suo reposuit, seseque spiris volubilibus ante ipsum volutans et ludens applausit, quasi grates referens ei pro impenso sibi beneficio, et blando emisso sibilo nullum lædens recessit. Quem similiter sequebatur Sylvanus pro admiratione ut de caverna ejus certificaretur. Elapsis igitur duobus vel tribus diebus, Sylvanus deferens secum gemmam suam pretiosam, quam videlicet serpens suus sibi attulerat, Venetiam adiit, ut a Vitali promissa reciperet. Et invenit eum cum concivibus vicinis suis, præ

gaudio liberationis suæ, convivantem. Quem Sylvanus seorsum evocans et secretius alloquens, quia ignotum se simulavit, dixit, 'Amice, redde quod debes.' At ipse torvo vultu respondit, 'Quis tu? Quid exigis?' At ille, 'Quingenta talenta mihi a te pro beneficio tibi facto ex pacto promissa.' At Vitalis, 'Ita tam leniter velles lucrari, quæ ego per longa tempora laboriose acquisivi?' et præcepit familiæ suæ ut caperetur quasi delirans, pro tanta temeritate incarcerandus. Quod Sylvanus intelligens repentino saltu a domo exilivit, et veniens ad prætorium hæc omnia judicibus civitatis seriatim intimavit. Qui cum non plane crederent, narravit incredibile, ostendens gemmam sibi a serpente gratiarum loco datam; et illico unus civium, quem virtus lapidis non latebat, ipsum magno pretio comparavit. Ut autem omnes inde redderet certiores, Sylvanus aliquos de civibus duxit ad latibula leonis et serpentis, qui adhuc ipsi Sylvano tanquam liberatori applauserunt. Certificati igitur judices civitatis de rei veritate compulerunt Vitalem reddere quæ promisit et satisfacere pro injuria. Hæc referebat rex Richardus munificus, ingratos redarguendo.—Inserted all by Paris' hand in *B*.

PAG.	LIN.		
93,	14,	*Anco cum comitatu de*	*desunt.*
—	16,	*sanctæ*	*addit* Paris., ad quam adhuc redire proposuerat.
—	19,	*fidejussores ..invenerunt*	fidejussoribus . . . munierunt.
—	27,	*in omni ... suæ*	*desunt.*
—	33,	*supradictam*	*addit* Paris., graviter regem Francorum de enormi fidelitatis læsione redarguentes.
94,	2,	*per insultum*	*desunt.*

PAG.	LIN.		
94,	3,	*tria*	triginta.
—	7,	*cepit*	nimis elatus et gloriosus cepit illico.
—	8,	*et sic . . . . luserunt*	et sic indies crevit, seminante humani generis inimico odii lolium et discordiæ zizania inter reges et regna, bellum cruentissimum.
—	11,	*Circa dies istos . . decimo tertio kalendas Novembris*	Circa dies istos surrexit contradictio et rixa in civitate Londoniarum inter pauperes et divites ob conturbationem tallagii, quod a regiis ministris exigebatur ad fisci commodum; voluerunt enim excellentiores civium, quos Majores et Aldermannos dicimus, facta communicatione in suo hustingo, seipsos servare indemnes aut saltem sine gravamine, et pauperiores vehementer exagitare. Willelmo itaque filio Roberti, cognomento ‘cum Barba,’ cujus genus avitum ob indignationem Normannorum radere barbam contempsit, recalcitrante, et majores civitatis pro jam dicta causa proditores domini regis vocitante, orta est seditio gravis in civitate usque ad arma capessenda. Willelmus autem infinitos de pauperioribus et mediocribus contra majorem et aldermannos exacuit et excitavit; sed per pusillanimes et degeneres dissipatum est consilium civium Willelmo confœderatorum ad resistendum ipsorum injuriæ. Enervatis igitur civibus mediocribus et pauperioribus, totum refuderunt rex

et regii ministri et excellentiores civitatis crimen in Willelmum. Cumque circundarent eum regales, ut ipsum caperent armati, erat enim Willelmus generosus et clarissimus in civitate, et corpore magnus et viribus integer et strenuus, elapsus est invitis omnibus, sola sica se defendens; et fugiens in ecclesiam sanctæ Mariæ de Arcubus sese, ut ibidem ab imminente morte et captione liberaretur, recepit, postulans pacem et protectionem Domini et beatæ Mariæ et sanctæ ecclesiæ, asserens se non propter aliud iniquo judicio potentum restitisse, nisi ut omnes pari pondere premerentur, et singuli juxta suas facultates contribuerent. Sed cum non exaudiretur, et prævaleret pars majorum, præcepit archiepiscopus, non sine multorum admiratione, ut ab ecclesia violenter extraheretur judicium subiturus, qui seditionem movit in civitate et tantum populum perturbaverat. Quod cum Willelmo nuntiaretur, se festinus in turrim ecclesiæ recepit; noverat enim jam quod majores, quibus contradixerat, animam ejus quærebant. Protervi autem instantes, supposito igne, magnam ecclesiæ partem combusserunt, sacrilegium tantum non abhorrentes. Coactus est igitur Willelmus a turri descendere, calore et fumo pæne suffocatus. Captus est igitur et ab ecclesia violenter extractus, exspoliatus, et, vinctis manibus post tergum et pedibus, ad caudam equi trahitur ad turrim Londoniensem incarcerandus. Et cito post, sic volente archiepiscopo et ad id eum stimulantibus eminentioribus civibus et ministris regiis, iterum rapitur a turri, et ligatus ad caudam equinam ad Ulmetum per medium Londini trahitur, miserum concivibus suis præbens spectaculum, et generi suo, quod præclarum habuit in civitate; et suspensus est per catenam in patibulo. Et sic Willelmus dictus Barbatus vel Barba, pro assertione veritatis et pro causa pauperum tuenda, morti traditur a concivibus suis ignominiose; unde cum constet causam martyrem facere, inter martyres videtur merito computandus. Suspensi autem sunt cum eo

novem ejus vicini vel de ejus familia, causam ejusdem Willelmi confoventes. Anno sub eodem Johannes, decanus Rothomagensis, in episcopatum Wigorniensem sublimatur, qui munus consecrationis decimo tertio kalendas Novembris a Cantuariensi archiepiscopo suscepit.

PAG. LIN.

95, 24, *noluit* — *addit* Paris., stimulante Francorum rege.

— 28, *Eodem quoque anno . . apud sanctum Victorem* — Tempore sub eodem imperator legavit capitulo Cisterciensium tria millia marcarum argenti, de redemptione regis Richardi, ad thuribula per totum ordinem facienda argentea; sed abbates tam ipsum imperatorem quam donum ejus detestantes renuerunt de turpi quæstu adquisitum donum ejus recipere. Quod cum rex Richardus audivisset, dictum et factum abbatum, quod solita caruit avaritia, commendavit.

Captio Hugonis de Calvo-monte.

Eodem quoque anno facta congressione inter phalanges regum Francorum et Anglorum captus est Hugo de Calvo-monte, regi Francorum valde carus et familiaris, et regi Anglorum est præsentatus; quem Roberto de Ros custodiendum committens, præcepit ut quasi vitam custodiret. Robertus autem ipsum custodiendum Willelmo de Spineto, servo suo, confidenter commisit. Hugo autem Willelmum corrumpens muneribus et promissioni-

bus amplioribus, de nocte per murum dimissus in magnum regis damnum prudenter evasit; castellumque de Bona-villa supra Tuke, ubi custodiebatur, lætus et ridens suos custodes, a tergo salutavit. Unde rex Anglorum versus Robertum de Ros merito nimis iratus cepit ab illo mille et ducentas marcas, videlicet quantum ipse Hugo captivus pro sua erat liberatione redditurus, pro sua negligentia et præcepti regii transgressione; et Willelmum de Spineto jussit patibulo præsentari.

Diebus quoque sub eisdem comes Johannes, frater regis Richardi, quem rex ad arma licet non desidem animarat, et cruentissimi ruptarii, quibus sanguis humanus pro nullo reputabatur vel præda vel incendium, Markadeus Algais et Lupescarus, natione Provinciales, terras regis Francorum, rege jubente Richardo, exterminio lethali vastaverunt, ecclesiæ, ætati, vel conditioni minime parcentes. Insidiabantur autem maxime episcopo Belvacensi Philippo et ejusdem archidiacono, qui metas ordinis sui impudenter transgredientes bellicis negotiis vigilanter indulserunt, unde non mediocriter regem Richardum damnificarant. Trahentes enim exercitum copiosum castra nonnulla regis Richardi violenter occupaverant, milites ac servientes interceperant, et multos eisdem resistentes trucidaverant, nec cessarunt die vel nocte talibus jugiter indulgere; erant namque strenui, generosi, et potentes. Una igitur dierum dum dicti Marcadeus et Lupescarus, qui duces fuerunt catervæ quam Ruttam vocamus, militantes sub comite Johanne fratre regis Richardi, equitationem facerent impetuosam ante civitatem Belvacensem, prædæ intendentes et captionibus, indignantes vehementer super hoc civitatis ipsius episcopus Philippus et ejusdem archidiaconus, cum plebe multa ipsius civitatis, eleganter ad unguem armati exierunt contra eos, ut tantam injuriam repellerent et potenter vindicarent. Willelmus quoque de Merlo, regi Francorum merito propter suam carissimus probitatem, cum militia strenua ac numerosa, additus

est illis in auxilium, licet non indigere viderentur militia et manu pedestri ordinata et bene armata; et, facto impetu cruentissimo, ceciderunt multi utrinque. In quo tandem certamine Franci calculum deteriorem reportarunt; capti sunt enim universi nobiliores, et ex catervis pedestribus pars maxima est interfecta; quidam spiculis, quidam lanceis vulnerati vel gladiis, quidam autem equinis pedibus interierunt conculcati. Capti sunt autem in illo conflictu a Markadeo episcopus Belvacensis et ejus archidiaconus, et armatos præsentavit eos idem Markadeus dicens, 'Cepi et do tibi, O rex, cantorem et responsorem; repone eos et conserva, si scis.' Dominus autem papa, cui proposita fuit super hæc per capitulum Belvacensem gravis querimonia, amicabiliter scripsit regi Richardo pro episcopi liberatione, quem in epistola sua carissimum vocavit fratrem, et filium suum et ecclesiæ, ut sic protinus flecteret regem ad parendum. Præcepit igitur rex, ob reverentiam papæ, ut lorica episcopi exuta ipsi papæ præsentaretur et diceretur, 'Vide an tunica filii tui sit an non?' Cui papa, 'Non filius meus est vel ecclesiæ; ad regis autem voluntatem redimatur, quia potius Martis quam Christi miles judicatur.' Sequana eodem anno metas solitas transgressa adeo Parisienses exterruit, ut rex palatium relinquens cum filio Ludowico apud sanctam Genovesam hospitaretur, et episcopus Mauritius apud sanctum Victorem.

PAG. LIN.

96, 13, *His ita gestis..sanctum Victorem* The account as given by *Ce.* is as follows: 'His ita gestis, Johannes frater regis, cupiens famam suam restaurare et domini regis gratiam revocare, et Marchadeus princeps et dux ruptariorum et incendiariorum in exercitu regis Richardi, equitationem fecerunt ante civitatem Belvacensem; ubi dum captioni prædæ

intenderent, Philippus ejusdem episcopus, plus armis martiis quam divinæ paginæ promptus et paratus, regi tamen Francorum familiarissimus quia bellicosus, et Willelmus de Merlon cum filio suo, cum militibus multis et plebe armata numerosa, exierunt contra eos imperterriti, sed mox capti sunt universi et ex vulgo pars maxima interfecta. Et eodem die processerunt ad Milm. castellum dicti episcopi et ceperunt et subverterunt illud, et sic gloriose triumphantes regi Anglorum captivos suos præsentaverunt. Inter quos cum processisset memoratus Marchadeus, qui episcopum cum suo archidiacono cum armis ceperat, et ipsos ante regem offerens ostendisset, ait ridiculose lingua sua nativa, ' Prins ai le canthathur e le respondethur,' quod est dictu, ' Cepi vobis cantatorem et responsorem.' Rex vero subridens, quia sæpe damnificabatur per episcopum et suos, jussit ipsos armatos incarcerari; sed cum canonici Belvacenses super hoc querelam domino papæ reposuissent, scripsit dominus papa regi Richardo amicabiliter, ut misericorditer ageret cum eisdem, asserens ipsos incarceratos filios ac fratres suos fuisse et Romanæ ecclesiæ familiares. Rex igitur ob papalem reverentiam jussit pondus armorum episcopi et archidiaconi et clericorum, qui cum ipsis erant, in tantum alleviari ut loricæ eorum deponerentur, et missa lorica archidiaconi et episcopi domino papæ scripsit, sic inquiens, ' Vide si tunica filii tui sit an non.' At papa subridens respondit, cum vidisset loricam magnam et rubegine jam tinctam, ' Vere non est tunica vel fratris vel filii mei, immo nec filii pacis vel ecclesiæ, sed potius filii Martis; liberetur igitur talis episcopus, et sui qui armati inveniebantur, per redemptionem ad regis voluntatem.'

PAG.	LIN.		
97,	9,	*Eveshamensis cœnobii*	de Evesham.
—	11,	*integrum*	*deest.*

PAG.	LIN.		
97,	12,	*abominationem .... grabbato decumbens*	alimentum adeo abominabatur, ut per novem aliquando dies nil præter modicam aquæ tepidæ portionem susceperit; nulla ei medicorum industria poterat subvenire, solo spiritu vivebat, mortisque simulacrum videbatur, medicinæ contraria vel nihil operabantur. Languebat igitur lecto decubans.
—	20,	*nimium*	penitus.
—	33,	*et Dei*	nec a Domini.
98,	11,	*percuteretur*	convocarentur.
—	12,	*aggressus est*	arripuit.
—	25,	*madefactis*	madescentibus.
—	33,	*exspiratus ... cerneretur*	exanimatum nec reconvalescentem in aliquo cernebant.
101,	9,	*paululum*	*deest.*
102,	15,	*quem ...invitans*	qui ... me invitavit.
—	18,	*vocatum*	demonstratum.
—	29,	*latere .... cruorem*	crucifixo tantum cruoris.
—	30,	*Suscepi*	Suscepta.
—	32,	*exinde*	iis.
106,	14,	*hinc*	*deest.*
—	17,	*delatæ ... profunda*	sublatæ et alterius ripæ profundæ.
—	26,	*ita mediis*	*desunt.*
108,	4,	*quo*	quia.
—	19,	*coruscarent*	illustrarent.

PAG. LIN.		
109, 13,	*eos reddebant*	eos candentes.
— 28,	*tabis tam execrandæ*	tabeque execranda.
112, 14,	*Exsecutis . . . hiis*	Exsecutus pro parte hæc.
— 27,	*jocundantium*	lætantium.
113, 28,	*perforatus*	*addit* Paris., visebatur.
— 33,	*conjiciat*	conceperit.
116, 13,	*innumeris*	muneribus.
117, 4,	*tunc*	res.
— —	*hoc innuisse, . . . cælestes*	*desunt.*
118, 12,	*Lixoniensem*	Exoniensem ; *R.*
— 28,	*juxta proborum . . . aut gravamen*	quod et prudenter est consummatum; nam pro escambio, videlicet pro villa de Audeli et quibusdam aliis locis adjacentibus, quæ omnia ceperat rex super archiepiscopum ut ibidem firmatis castris infirmiora terræ roboraret, recepit idem archiepiscopus omnia molendina quæ regis fuerant apud Rothomagum cum omni sequela sua, et villam de Diepe et villam de Buceles cum omnibus suis libertatibus. Factum est autem hoc anno gratiæ millesimo centesimo nonagesimo septimo, anno regni regis Richardi septimo ; *Ce.*
119, 2,	*ne sibi perinde*	illi per hoc neglectum.

PAG. LIN.

121, 5, *octavo* *addit* Paris., [1] Istis diebus surrexit in Francia quidam prædicator egregius, per quem Dominus virtutes palam operari dignatus est, qui usuram in Francia maxime conatus est exstirpare, quæ usura in Francia ab Italia transiens nimis pullulaverat et nobile regnum Francorum jam maculaverat. Nomen prædicatori Fulco fuit, qui in Angliam quendam religiosum ad deponenda tempora commercii diebus Dominicis abbatem de Flai destinavit; qui veniens illud inconveniens in multis locis delevit. Eo quoque tempore Robertus Salopesbiri consecratus est in episcopum de Bangor.

— 25, *ipse regi... Francorum* ejus homagium cum juramento et fidei interpositione et obsidibus accepit; *Ce. et R.*

122, 1, *obsedit* *Ce.* and *R.* insert, ‘ Imminebat enim eis pro certo quod in brevi per omnia triumphaturus foret rex Richardus imperterritus, secundum illud igitur poeticum, ‘ Mobile versatur semper cum principe vulgus.’

— 13, *Baldewinus* *deest.*

---

[1] *Istis diebus.*] Diebus autem sub eisdem quidam prædicator eximius Fulco nomine in Gallia floruit, pro quo Dominus palam virtutes operari dignatus est. Iste usuram in Francorum, maxime in Flandriæ partibus, conatus est exstirpare, quæ ex partibus Italicis veniens partes Cisalpinas infecerat. Consilio etiam illius est missus in Angliam eodem tempore ad prædicandum abbas de Flai, qui mercaturas Dominicis diebus quæ exerceri solent delevit. Eodem etiam tempore Robertus de Salepesbires consecratus est in episcopum de Bangor.—*Ce. et R.*, in which MSS. also there follows the legend concerning the knight and the crucifix recorded by Wendover below, vol. iv. p. 234, *seqq.*

PAG. LIN.		
122, 27,	*erat*	erat, et unus de duodecim partibus; *Ce. et R.*
— 28,	*impugnare*	impugnare; comitis igitur cor est ad misericordiam inclinatum; *Ce. et R.*
— 32,	*eis redderet*	eis sine alicujus contradictionis obstaculo, vel aliqua difficultate, vel moræ dispendio, restitueret; *Ce. et R.*
123, 6,	*juramenti .. obligatus*	juramenti, ut dixerunt, quod in tali articulo, et in formidine quæ in constantem cadere poterat, et quasi coactus fecerat et invitus, tenebatur obligatus; *Ce. et R.*
—	*– et quasi*	atque.
— 20,	*et in*	ut.
— 30,	*Eodem anno ... suscepit*	*desunt a Ce. et R.*
124, 15,	*imitari*	*Ce.* adds, ‘Quod nomen in principio subaratum tunc deinde cœpit eis adhærere cum magister Johannes regis Francorum physicus, natione Anglicus, et de pago sancti Albani oriundus, eisdem prædicatoribus mansionem suam dedit, quam peregrinis hospitium quærentibus Parisius assignaverat; quæ Domus sancti Jacobi fuerat appellata, unde Jacobitæ ipsi prædicatores hodie appellantur.’
— 24,	*apostolicam*	evangelicam.
125, 3,	*Eodem anno*	In the place of this and the following chapter *Ce.* and *R.* read, ‘Eodem anno Hugo de Nunant, episcopus Cestrensis sive Conventrensis, in Normannia graviter cœpit infirmari usque ad mortem. Con-

vocatis igitur amicis quoscunque poterat, confessus est se multa peccata perpetrasse, sed, unde plus sibi timebat, quod amotis monachis Coventrensibus clericos substituerat, qui vagi et mendicantes sibi ut potuerant consulebant. Et cum hæsitassent audientes quid immo injungerent ei dixit episcopus, ‘Scio quod propter facti enormitatem quid injungatis pœnitentiæ dubitatis. Postulo Dominum meum justum et misericordem ut sim in purgatorio usque ad diem judicii, ut saltem tunc salver;’ dixitque abbati de Becco, qui ibi erat, ‘Obsecro ut concedas mihi ut moriar in habitu vestro in diaboli confusionem, cujus instinctu prædicta perpetravi, et in monastici ordinis honorem.’ Et sic legatis omnibus et datis pauperibus, accepto salutis viatico et inunctus rite infirmorum oleo, divinam invocans misericordiam spiritum reddidit. Quod, procurantibus qui huic eventui intererant, simul cum monachis expulsis, cum domino papæ innotuerat, præcepit ut expulsis clericis secularibus, qui jam dissolute et enormiter vivebant, monachi revocarentur. Et quoniam prior illius loci monachis exulantibus defunctus jam fuerat, archiepiscopus Cantuariensis Hubertus, qui executionem introductionis a papa acceperat, præfecit eis priorem nomine Joibertum, natione Normannum, qui propter eminentiam prudentiæ secularis tres prioratus, de Daventre, de Weneloc, de Bermundeseia, susceperat ad regendum; qui continuo cum consilio monachorum de electione episcopi tractare incipiens, communi deliberatione Gaufridum de Muschamp elegerunt.’

PAG.	LIN.		
127,	9,	*indicatricem*	indicatione.
—	14,	*quasi*	quoque.
128,	5,	*Conventreia*	Bermundeseia.
—	19,	*in capella sanctæ Katherinæ*	*desunt a Ce. et R.*

PAG. LIN.		
128, 21,	*Cantuariæ*	*deest a Ce. et R.*
— 28,	*et fratri suo*	*desunt.*
129, 2,	*quam .. cathedralem transferret*	quam tamen capellam idem archiepiscopus ad cautelam appellavit, Londini apud Lamhethiam; timuerunt enim monachi, quia hoc passim dicebatur, et etiam ipse archiepiscopus hoc communicando [comminando] asseruerat, ne sedem illuc cathedralem transferret, et, quod pejus erat, in contemptum et opprobrium totius ordinis monastici, dejectis monachis illuc canonicos institueret seculares; quod non sine injuria multiplici, ingratitudine quoque eligentium, sanctorum quoque in ecclesia Cantuariæ plurimorum, qui monachi exstiterunt, fieret si ad finem optatum propositum perduceretur; *Ce. et R.*
— 9,	*intendebat*	*addit* Paris., contra consilium apostoli dicentis, 'Nemo militans Domino implicet se negotiis secularibus.'
— 12,	*Barba ... famam*	Barba, nobilis civis Londoniæ justus et constans, cujus persecutionis causam constat esse justam, ab illa ... ære effuso, quod dominus papa, licet de oblationibus pauperum super tumbam beati Thomæ colligeretur, non refutavit, famam; *Ce. et R.*
— 16,	*denigrabant*	*Ce.* and *R.* add, 'de capellæ autem injuria exauditi bene fuerunt.'
— 23,	*subrogavit*	*Ce.* and *R.* add, 'Insuper dominus

papa temerarium de capella propositum archiepiscopi, de quo supradictum est, modeste refrænavit.'

PAG. LIN.

129, 30, *Brause, quos Wenunwen* Brause Wannunubem, quos.

— 33, *commisit* *Ce.* and *R.* add, 'Congregati sunt omnes fere Wallenses Walliæ conjurantes ad invicem constanter stare quamdiu vita in pectoribus palpitaret pro causa eorum et terræ suæ libertatibus contra Anglorum protervitatem. Et cum contra Anglorum exercitum densissimum coram in fronte constituissent, advenit cum suis aciebus militari disciplina ordinatis ipse Petrus justiciarius, qui erat miles strenuus et circumspectus, contra eos dimicaturus; et cum alacriter suas acies animando persuasisset ut aliquis animosus præiret densitatem initialem adversantis exercitus dissipaturus, respondit quidam de servientibus suis nomine Walterus de Hame, Trumpintona oriundus, dicens palam justiciario et suis primatibus, 'Absit, domine, ut aliquis nobilis et famosus miles sponte periturus tam ancipiti se supponat periculo, neque decet aut expedit ut aliquis magnus vitæ suæ prodigus existat; sed de me vestro paupere serviente non est magnum damnum si peream, nec multum exultabunt de casu meo inimici.' Et hoc dicto non exspectans responsum, equum, quem habuit præelectum, utroque latere

cruentans, demissa hasta unum in fronte exercitus, qui videbatur omnium præstantior, insanabiliter vulneratum præcipitavit, et post hunc primum obvium virtute equi et assessoris strenuitate cum ipso equo contritum et omnibus membris dissipatum prostravit in cumulum, et tertium truculenter per galeam arreptum adeo læsit contorquendo ut seminecem relinqueret et inutilem; et hiis factis, respexit in sequentes clamans, 'Regales, regales, appropinquate, ferite, ferite, triumphavimus!' et antequam hoc dixisset, dissipato Wallensium agmine, subintravit cornu primum Anglorum invadentium, et hostes a dextris et a sinistris ab illis ceciderunt trucidati.'

PAG.	LIN.		
130,	4,	*septingenti*	et septuaginta.
—	8,	*interiit*	*Ce.* and *R.* add, 'Prædictus autem Walterus serviens in uno pedum saucius vix per octo dies ipso vulnusculo claudicavit, sed ab ipso tempore omnibus diebus vitæ justiciarii ipsi familiaris in honorabilibus clientelis fideliter ministravit.'
—	21,	*quarto idus Septembris*	*desunt.*
131,	14,	*volutatus*	volutatus ridiculose et periculose; *Ce. et R.*
—	33,	*prænotantur*	in historia Normanniæ plenius annotantur; *Ce. et R.*
132,	1,	*Leisni*	Lerim.
—	5,	*Odo de Muntciun*	*desunt.*
—	6,	*Leini*	Kerni.
—	13,	*Brunai*	Bonnai.
—	17,	*servientes.. triumphum*	*Ce.* and *R.* read, 'servientes autem, equites et pedites circiter mille.

Hiis ita gestis, victoriosissimus rex Richardus invitavit ad epulas amicos suos et consortes in conflictu per tres dies fatigatos, direxitque epistolas ad omnes prælatos Angliæ ut Deum glorificarent, gratias Deo exercituum persolvendo, qui talem ac tam gloriosum sibi concessit indigno ab hostibus triumphum reportare. Commilitonibus autem pretiosa distribuit donativa, ut essent consortes retributionis, qui fuerunt participes tribulationis.'

PAG. LIN.		
132,	24, *devote*	devotione.
133,	8, *potuissent*	possint.
—	14, *His et aliis ... in treugis voluerit consentire*	Misso igitur ad hæc Petro de Capua, cum rex Richardus multa rationabiliter objiciendo respondisset; *Ce. et R.*
134,	6, *treugis*	induciis.
—	9, *secreti*	confessionis secretissime; *Ce. et R.*
—	14, *exaudiret*	*Ce.* and *R.* add, 'Commota sunt igitur viscera regis piissimi Richardi ex quo audivit, quod rex Francorum sese licet compulsus humiliavit pacis quærens diverticula.'
—	21, *treugas*	inducias.
—	22, *homines ... mercatores*	subditis utriusque regis et mercatoribus.
—	24, *potuissent*	liceret.
—	32, *solidos*	*Ce.* and *R.* add, 'Et tunc fecit rex fraudem de consilio iniquorum; finxit se amisisse sigillum et fecit aliud fabricari, et ubique acclamari, quod perdito sigillo suo novum fecerat, et quicunque vellet prius concessa perpetuare, ad novum sigillum veniret, et data pecunia eo

faceret roborari ; sin autem, pro nulla carta haberetur. Et hac inventa cavillatione infinitam extorsit pecuniam.'

PAG. LIN.

134, 32, *de auxilio* — *desunt.*—*Addit* Paris., Eodem anno, die sanctæ Margaretæ, fuit tonitrum, coruscatio et pluvia qualis antea non visa fuit. Circaque festum sancti Michaelis, etiam mutatæ sunt cartæ, quas prius fecerat rex Richardus novo sigillo suo.

135, 9, *Eodem tempore ... Lemovico* — Eodem tempore, statutis ut dictum treugis inter reges, rex Richardus quosdam barones Pictaviæ sibi rebelles potenter expugnavit, cepit et incarceravit, et quosdam trucidavit. Tandem in Aquitannicum ducatum perveniens in territorio Limozinico ; *Ce. et R.*

— — *treugis* — induciis.

— 21, *reputabat* — reputaverat ; *Paris.*—reputans, comedebat et bibebat pro indifferenti apposita ; *Ce. et R.*

136, 6, *confitetur* — confitebatur.

— 23, *postquam .. dimidio* — *desunt.*

— 26, *Hesperiæ* — *deest.*

— 34, *locus unus* — *addit* Paris., Aliusque, super hoc damnoso et irrestaurabili funere, sic satis eleganter ait versificator :

' Ad Chalus cecidit rex, regni cardo, Richardus ;
His ferus, his humilis, his agnus, his leopardus.
Casus erit *lucis* Chalus per sæcula ; nomen
Non intellectum fuerat, sed nominis omen

Non patuit, res clausa fuit; sed luce cadente
Prodiit in lucem, pro casu lucis [1]adeptæ.'

PAG.	LIN.		
138,	12,	*regem Richardum*	rege Richardo defuncto.
139,	23,	*Hubertus, Cantuariensis*	*desunt.*
—	24,	*archiepiscopus*	*addit* Paris., stans in medio omnium dixit, 'Audite universi. Noverit discretio vestra, quod nullus prævia ratione alii succedere habet regnum, nisi ab universitate regni unanimiter, invocata Spiritus gratia, electus, et secundum morum suorum eminentiam præelectus, ad exemplum et similitudinem Saul primi regis inuncti, quem præposuit Dominus populo suo, non regis filium, nec de regali stirpe procreatum. Similiter post eum David, Jessæ filium; hunc, quia strenuum et aptum dignitati regiæ; illum, quia sanctum et humilem. Ut sic, qui cunctos in regno supereminet strenuitate, omnibus præsit et potestate et regimine. Verum si quis ex stirpe regis defuncti aliis præpolleret, pronius et promptius in electionem ejus est consentiendum. Hæc idcirco diximus pro inclyto comite Johanne qui præsens est, frater illustrissimi

[1] *Adeptæ.*] Alius scilicet satyrice:

'Christe, tui *calicis* prædo fit præda Calucis;
Ære brevi rejicis, qui tulit æra crucis.'—*Ce.*

Ce. also adds a chapter, 'De patientia regis Richardi in tribulationibus,' probably the same with that given below, tom. iv. p. 238.

regis nostri Richardi jam defuncti, qui hærede caruit ab eo egrediente, qui providus et strenuus et manifeste nobilis, quem nos, invocata Spiritus Sancti gratia, ratione tam meritorum quam sanguinis regii unanimiter elegimus universi.' Erat autem archiepiscopus vir profundi pectoris, et in regno singularis columna stabilitatis et sapientiæ incomparabilis. Nec ausi erant alii super his adhuc ambigere, scientes quod sine causa hoc non sic diffiniverat. Verum comes Johannes et omnes hoc acceptabant, ipsumque comitem in regem eligentes et assumentes exclamant dicentes, 'Vivat rex!' Interrogatus autem postea archiepiscopus Hubertus quare hæc dixisset, respondit se præsaga mente conjecturare, et quibusdam oraculis edoctum et certificatum fuisse, quod ipse Johannes regnum et coronam Angliæ foret aliquando corrupturus et in magnam confusionem præcipitaturus; et ne haberet liberas habenas hoc faciendi, ipsum electione, non successione hæreditaria, eligi debere affirmabat. [1]Archiepiscopus autem.

PAG. LIN.	
139, 27, *sexto*	septimo; *Ce. et R.*
142, 15, *Philippi*	*deest.*
147, 23, *per werram*	bello.
148, 14, *Marchiæ*	*addit* Paris., et Dominica proxima ante festum sancti Dionysii apud Westmonasterium consecratur in reginam.
151, 5, *et verba ... intellexissent*	*desunt.*
— 29, *restitui*	*deest.*
156, 34, *sicut*	*deest.*

[1] *Archiepiscopus autem.*] On the side of this interpolation, which itself, as usual, is in the *B.* MS. written on the margin, Paris has written in red letters, 'Cave, quia offendiculum est.' Carte would have been well pleased to have seen this.

PAG. LIN.	
156, 34, *potuit*	*deest.*
158, 30, *exsilivit*	de gutture ejus exsilivit.
160, 10, *benedixit*	*deest.*
— 12, *nec puerum*	parvum non.
— — *ulterius*	amplius.
161, 16, *Decembris*	Decembris; vixerat autem in episcopatu quatuordecim annis; *Ce. et R.*
164, 28, *acceptoque filo candelis*	acceptisque candelis.
165, 6, *sufficiant*	*addit* Paris., Hac tempestate[1] Gilo de Brause consecratur in episcopum Herefordensem, octavo kalendas Octobris apud Westmonasterium. Maugerus factus est episcopus Wigorniensis; Johannes de Grim, Norwicensis.
166, 10, *argenti*	*addit* Paris., Ipsis quoque diebus quidam magister Parisiensis, natione Francus, nomine Simon, cognomento Churnai, ingenio capacissimus et memoria tenacissimus, cum per decennium scholas artium nobilissime rexisset, utpote in trivio et quadrivio, id est in septem liberalibus artibus peritissimus, se contulit ad theologiam; in qua cum paucos annos desudasset, adeo profecit, quod dignissime cathedram ascendit magistralem. Legit igitur subtiliter valde, et subtilius disputavit, quæstiones difficillimas et in-

[1] *Hac tempestate.*] Facta est pax inter J. regem Anglorum et P. regem Francorum. Gilo . . . Westmonasterium. Lodowicus filius regis Francorum duxit Blanchiam filiam regis Hispaniæ neptem Richardi regis. Maugerus . . . Norwicensis; *Ce. et R.*

auditas solvendo et eleganter dilucidando; tot habuit auditores, quot amplissimum palatium potuit continere. Una igitur dierum cum nimis profundis rationibus in medium propositis de Trinitate subtilissime disputasset, et dilata fuisset determinatio usque in crastinum, omnes theologi scholares in civitate, præmuniti ad audiendum tot quæstionum inexplicabilium solutiones, ad ipsius famosam scholam certatim ac catervatim confluxerunt. Determinavit igitur magister omnes prætactas quæstiones, et quæ videbantur omnibus inenodabiles, tam dilucide, tam eleganter, tam catholice, ut omnes auditores redderet stupefactos. Et post determinationem accesserunt quidam ipsius familiariores et ad discendum avidiores, postulantes a magistro, ut eo dictante quæstiones literis commendarent, dixerunt namque indignum esse et jacturam irrestaurabilem si memoria tantæ scientiæ deperiret. Quibus ipse elatus, et major sibi se, ait oculis sublevatis et temere solutus in cachinnum, ‘O Jesule, Jesule, quantum in hac quæstione confirmavi legem tuam et exaltavi; profecto, si malignando et adversando vellem, fortioribus rationibus et argumentis scirem illam infirmare et deprimendo improbare.’ Et hoc dicto elinguis penitus obmutuit, non tantum mutus, sed idiota et ridiculose infatuatus, nec postea legit vel determinavit; et factus est in sibilum et derisum omnibus, qui hoc audierant. Vir igitur intra biennium didicit literas cognoscere, et, ultione aliquantulum mitigata, a filio suo quodam diligenter edocente, vix potuit Pater noster et Symbolum discere, retinere, et balbutiendo pronuntiare. Hoc igitur miraculum multorum scholarium suppressit arrogantiam, et jactantiam refrænavit. Hæc vidit magister Nicolaus de [1]Fulii, vir magnæ auctoritatis, qui postea episcopus Dunelmensis factus fuit; ex cujus relatu et certo testimonio hæc literis commendavi, ne vetustas tantum miraculum aboleret, eodem

[1] *Fulii.*] Fernham; C.

episcopo suadente. Et est sermo omni acceptione dignissimus.

PAG. LIN.	
166, 22, *alias conferente*	alio recipiente.
167, 29, *Liuns*	Limis.
168, 33, *constituta*	posita.
170, 2, *inclusi*	obsessi.
171, 1, *evanuit*	evanuit, modo fere omnibus ignorato; utinam non ut fama refert invida! Eodem anno, cum Innocentius papa ad expeditionem Terræ sanctæ, ut dixit, ad occultandam suam avaritiam, infinitam pecuniam ab ordine Cisterciensi proposuisset extorquere, a beata Virgine correptus ab exactione cessavit, timore percussus. Generaliter vero per Angliam quadragesimam partem pecuniarum reddituum mandaverat erogari, ad iter cruce signatorum. His temporibus obiit vir nobilis Willelmus de Stutevilla.
— 7, *nationes*	regiones.
— 9, *habebatur*	haberetur.
— – *quasi*	quod.
— 12, *perstrinxerunt*	*addit* Paris., Eodem anno rex fecit generaliter acclamari, ut legalis assisa panis inviolabiliter sub pœna collistrigiali observaretur. Quæ probata fuit per pistorem Gaufridi filii P. justiciarii Angliæ, et pistorem R. de Thurnam; ita quod pistores poterint sic vendere, et in quolibet quarterio lucrari tres de-

narios; exceptis brennio et duobus panibus ad furnarium, et quatuor servientibus quatuor obolos, duobus garcionibus unum quadrantem, et in sale obolum, et in gesta obolum, et in candela quadrantem, et in busca tres denarios, et in buletello obolum. Quando frumentum venditur pro sex solidis, tunc ponderabit panis de quadrante, albus et bene coctus, sexdecim solidos de viginti lora; et panis de toto blado debet esse bonus et bene coctus, ita quod nihil subtrahatur, et ponderabit viginti quatuor solidos. Quando frumentum venditur pro quinque solidis et sex denariis, albus panis ponderabit viginti solidos, et de toto blado viginti octo solidos. Quando frumentum venditur pro quinque solidis, albus panis ponderabit viginti quatuor solidos, et panis de toto blado triginta duos solidos. Quando frumentum venditur pro quatuor solidis et sex denariis, albus panis ponderabit triginta duos solidos, de toto blado quadraginta duos solidos. Quando frumentum venditur pro quatuor solidis, albus panis ponderabit triginta sex solidos, de toto blado quadraginta sex solidos. Quando frumentum venditur pro tribus solidis et sex denariis, albus panis ponderabit quadraginta duos solidos, de toto blado quinquaginta quatuor solidos. Quando frumentum venditur pro tribus solidis, albus panis ponderabit quadraginta octo solidos, de toto blado sexaginta quatuor solidos. Quando frumentum venditur pro duobus solidis et sex denariis, albus panis ponderabit quinquaginta quatuor solidos, de toto blado sexaginta et duodecim solidos. Quando frumentum venditur pro duobus solidis, albus panis ponderabit sexaginta solidos, de toto blado quatuor libras. Quando frumentum venditur pro octodecim denariis, albus panis ponderabit sexaginta et septendecim solidos, de toto blado quatuor libras et octo solidos. Et hoc per totum regnum est proclamatum. —Omitted in *C*.

PAG. LIN.

171, 30, *quibus rex Johannes* — rex Johannes tale.

172, 12, *cum regina imbellis* — securus.

— 23, *tradiderunt* — reddiderunt.

174, 25, *obtinente* — opponente.

177, 28, *hospitum* — *deest.*

179, 6, *fluens* — *deest.*

180, 10, *receperat* — *addit* Paris., Hoc anno eclipsis lunæ facta est post mediam noctem per longum tempus decimo [1]sexto, calendas Maii. Simon de Welles factus est episcopus Cestrensis; Baldewinus comes Flandriæ factus est imperator [2]Constantinopolitanus; et abbatia Belli loci regis fundata est; civitas Rothomagensis, quæ data pecunia antea sub induciis pendebat, tunc penitus in ditionem cessit Francorum.

181, 3, *essent calamitate* — erant angaria.

— 11, *sicque . . . deficiente* — sic omnimoda deficiente consolatione cum succursu.

183, 1, *regi Francorum* — *desunt.*

184, 13, *præmissis* — *addit* Paris., Per idem tempus ad monachos ecclesiæ Cantuariensis contuendos, papa Innocentius ejusdem ecclesiæ suffraganeis scripsit sub hac forma; ‘Innocentius epi-

---

[1] *Sexto.*] Quinto; *C.*

[2] *Constantinopolitanus.*] Constantinopolitanus, et Alienora regina Angliæ; abbatia . . . fundata est secundum unum historiographum; *C.*

scopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus universis suffraganeis Cantuariensis ecclesiæ, salutem et apostolicam benedictionem. Cum tempore legis Mosaicæ, quæ legitur ad perfectum neminem adduxisse, carnales parentes apud carnalem populum in ea reverentia fuerunt et honore, ut qui eis malediceret morte mori de mandato Domini juberetur; multo magis sub lege gratiæ constitutos, quæ pretiosissimo Christi sanguine rubricata portas aperit paradisi, ne legis transgrediendo mandata mortis damnationem incurrant, tanto convenit diligentius præcavere, quanto noscitur amplius formidandum animæ quam corporis incurrere detrimentum. Si ergo carnales parentes tanta sint reverentia prosequendi, quid est de spiritualibus præsumendum? nisi ut sicut corpus spiritus superat dignitate, sic reverentia et honore spirituales parentes carnalibus præferantur. Hæc autem nos, fratres, præmisisse noveritis, quia cum vestram debeamus desiderare salutem, veremur ne præsens tribulatio, quæ vobis, ut dicitur, procurantibus suscitata est, matrem Cantuariensem ecclesiam, quam utique velut matrem tenemini revereri, vobis periculum generet animarum; et eidem ecclesiæ tantum pariat detrimentum, ut quod dispendiosa contentio generabit, vix possit prolixiori temporum spatio restaurari. Quocirca universitatem vestram monemus attentius et hortamur in Domino, et per apostolica scripta mandamus, quatenus, diligentius attendentes quid super his honori vestro expediat et saluti, non molestetis indebite Cantuariensem ecclesiam matrem vestram, cujus honores et jura fidelitatis debito tenemini defensare, ne de vobis merito conqueratur et dicat, ‘ Filios enutrivi et exaltavi, ipsi vero me non solummodo non cognoscunt, sed et severissime persequuntur.’ Non autem per ea quæ præmisimus vos a vestra prosequenda justitia dehortamur; sed pia nos facit affectio trepidare, ne terminis statutis a patribus non contenti, alii faciatis injuriam ea occasione reperta, quod velitis prosequi jura vestra. De cætero,

fratres, omnipotens Dominus illuminet mentes vestras, ut remota omni contentionis materia debitam matri vestræ non negetis obedientiam vel honorem, nec contra divinum nec naturale mandatum aliis faciatis quod vobis fieri non velitis. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, sexto idus Decembris, pontificatus nostri anno octavo.'—Omitted in *C.*

PAG. LIN.		
184, 24,	*contradictione*	conditione.
185, 14,	*crastino*	sequenti.
— 21,	*collocantes*	*addit* Paris., et hoc fuit seminarium totius sequentis discordiæ, quæ per secula detrimentum Angliæ generavit, et damnum irrestaurabile.
187, 24,	*litteratorie*	per literas.
188, 15,	*creatus*	creatus est apud Radingum.
189, 36,	*necessario.. confirmanda*	necessarium fuerit alterutram confirmare.
194, 9,	*Julianus*	*deest.*
195, 8,	*adjutrices*	adnitentes.
197, 36,	*in infernum, ponereмque eam*	*desunt.*
199, 8,	*mirabiliter*	miserabiliter.
200, 5,	*valentes ... stat inverso*	non valentes.
— 22,	*cum... projicitur*	in . . . ponitur.
202, 10,	*acceptis ... subvertendo*	*desunt.*
204, 18,	*Adfuit*	This chapter is omitted by Paris.
206, 13,	*adipisci*	ei.

PAG. LIN.

206, 19, *illi quot missarum* — quod missis.

209, 18, *audierat* — audierat et viderat.

212, 7, *districtione* — definitione.

— 10, *adspiret* — *addit* Paris., Summatim, hæc fuit causa et seminarium erroris. Rex posuerat verbum suum in ore duodecim monachorum Cantuariensium, ut quemcunque eligerent ipse acceptaret. Convenerat autem inter regem et eos, præstito juramento et fidei interpositione, quod nullo modo alium quam Johannem episcopum Norvicensem eligerent; habebant et similiter regis literas. Sed ipsi monachi, postquam intellexerunt electionem dicti Johannis papæ nimis displicere et cassari, suggerentibus cardinalibus et domino papa, et affirmantibus licere eis eligere quemcunque vellent, ut secrete electionem celebrarent, si strenuum et præcipue Anglicum eligerent, elegerunt per consilium papæ magistrum Stephanum de Langeton cardinalem, quo non erat major in curia, imo nec ei par in moribus et scientia. Ex tunc, igitur, non potuit ei papa in multiformi tribulatione deesse.

— 26, *in persona ..electionem* — *desunt.*

213, 13, *suscepit* — *addit* Paris., Sub eisdem diebus Innocentius papa cupiens in proposito suo regem Johannem habere favorabilem, quia cognoverat eun-

dem Johannem cupidum esse et diligentem inquisitorem et acquisitorem gemmarum pretiosarum, misit ei hanc epistolam cum tali xenio, quod in eadem potest perpendi. ‘ Innocentius papa tertius, Johanni regi Anglorum, et cætera. Inter opes terrenas, quas mortalis oculus concupiscit et quasi cariora desiderat, aurum obrizum et lapides pretiosos principatum credimus obtinere. Licet autem his et aliis divitiis vestra regalis abundet excellentia, in signum tamen dilectionis et gratiæ quatuor annulos aureos cum diversis lapidibus pretiosis tuæ magnitudini destinamus. In quibus te volumus specialiter intelligere formam, numerum, materiam, et colorem, ut mysterium potius quam donum attendas. Rotunditas enim æternitatem significat, quæ initio caret et fine. Habet ergo regalis discretio quod in forma requirat, ut de terrenis transeat ad cælestia, de temporalibus ad æterna procedat. Quaternarius autem, qui numerus est quadratus, constantiam mentis significat, quæ nec deprimi debet in adversis, nec in prosperis elevari; quod tunc laudabiliter adimplebit, cum quatuor virtutibus principalibus fuerit ordinata, videlicet justitia, fortitudine, prudentia, temperantia. Intelligas ergo in primo justitiam, quam exerceas in judiciis ; in secundo fortitudinem, quam exhibeas in adversis ; in tertio prudentiam, quam observes in dubiis ; in quarto temperantiam, quam in prosperis non demittas. Per aurum vero sapientia designatur; quia sicut aurum præminet metallis universis, sic sapientia donis omnibus antecellit, propheta testante, ‘ Requiescet super eum spiritus sapientiæ,’ et cætera. Nihil est autem quod regem magis oportet habere. Unde rex ille pacificus Salomon solam a Domino sapientiam postulavit, ut populum sibi commissum perinde sciret gubernare. Porro smaragdi viriditas, fidem ; saphiri serenitas, spem ; granati rubicunditas, caritatem ; topatii claritas, operationem bonam, significat, de qua Dominus, ‘ Luceat lux vestra.’ Habes igitur in smaragdo quod credas, in saphiro quod speres, in

granato quod diligas, in topatio quod exerceas, ut de virtute in virtutem ascendas, donec Dominum Deorum videas in Sion.' Hæc autem cum ad regis præsentiam pervenissent, primo gratanter ei complacuerunt, sed post non multos dies subsequentes aurum obrizum in scoriam et derisum, gemmæ in gemitus, amor in rancorem, sicut sequens sermo declarabit, sunt flebiliter commutata, ut ex sequentibus constiterit.

PAG. LIN.	
215, 13, *pridie idus Julii*	*desunt.*
217, 5, *præstare*	portare.
219, 33, *decimo*	decimo. Circa dies istos Simon, Cicestrensis episcopus, obiit; confiscatis omnibus bonis monachorum Cantuariensium die translationis sancti Swithuni. Galfridus vero archiepiscopus Eboracensis transfugit clam nolens consentire exac tioni tertiæ decimæ. Sol eclipsim passus est ab hora sexta usque ad nonam, necnon luna eodem modo similiter.
— 36, *Henricus*	*addit* Paris., litera Dominicali existente G., luna vero undecima die lunæ.
222, 1, *sive .... Angliæ*	*desunt.*
224, 7, *ubi reperiri potuerunt*	*desunt.*
225, 3, *exigentes, Matildis*	exigentes, repagulum conditionis invenerunt, Matildis enim.
— 28, *suspensi*	*addit* Paris., Eodem anno Philippus dux Suaviæ, qui contra Othonem de imperio contendebat, occiditur.

PAG. LIN.

226, 13, *cum eo* — *addit* Paris., Ad festum quoque sancti Michaelis amotum est scaccarium a Westmonasterio usque Norhamtun per regem in odium Londinensium.

227, 16, *Eodem anno* — Eodem anno Henricus dux Saxonum, frater Othonis imperatoris, venit in Angliam; *C.*

233, 10, *simul .... conservarem* — *desunt.*

— 20, *absolvit* — *addit* Paris., Et hinc odium regis Johannis et iram efficaciter obduravit.

— 31, *habitabant* — habitabant. Hugonem de Lasci expulit, et totam Yberniam in deditionem accepit. In reditu tamen Deo ingratus gravissimum tallagium imposuit super omnes abbatias et domus religiosorum virorum, et maxime Cistercienses immisericorditer oppressit; *C.*

— 32, *constituere* — construere.

234, 17, *uxorem* — Matildem uxorem.

— 20, *cepit* — *addit* Paris., a quo clam evadentes et postea rursus capti insula de May, regi sunt præsentati.

— 22, *deputavit* — *addit* Paris., qui omnes, rege jubente, fame perierunt.

235, 6, *Eodem tempore..fame perierunt* — nec permisit albos abbates ipso anno annuum adire capitulum, ne forte eorum querela totum mundum in regem commoveret. Hujus rei consiliarii fuerunt apud sanctam Brigidam Londoniarum Wil-

lelmus Briwere, Robertus de Turnham, Reginaldus de Cornhulle, Richardus de Marisco, qui omnes fine lugubri terminarunt. Eodem tempore Mathildis fœmina nobilis et uxor Willelmi de Brausea, et filius ejus et hæres Willelmus, et uxor ejusdem Willelmi, apud Windleshores carcerali custodiæ deputati, jubente Anglorum rege, fame perierunt. Cujus rei seriem si quis plenius prosequeretur, lacrymas excuteret tyrannorum et animos audientium perturbaret. Eodem anno Walterus de Grai electus est in episcopum Cestrensem; Henricus, archidiaconus Stafford, in Exoniensem. Judæi pro nimia eorum afflictione multi a regno aufugerunt; *C.*

PAG. LIN.		
235, 27,	*sedis..cardinalem*	domini papæ familiarissimum.
236, 28,	*fecit*	*addit* Paris., Leolinus, princeps Norwalliæ, compellitur ad deditionem. Obiit circa hoc tempus Robertus de Thunam [Thurnham?]
237, 4,	*Cordubam..Parisius*	Ebulam vigilia sancti Laurentii obiit, cujus corpus delatum est Parisios.
— 6,	*sepultus est*	sepultum.
238, 7,	*dederunt*	*addit* Paris., Tempore quoque sub eodem migraverunt a seculo Gaufridus, Eboracensis archiepiscopus, cui successit Walterus. Obiit quoque comes de Albamarla et abbas S. Edmundi Samson, qui aquæductum et multa bona fecit ecclesiæ suæ.
239, 22,	*continebant*	*addit* Paris., cumque adhuc spretis hiis comminationibus ad Cestriam venisset, iterum venerunt ad eum nuntii et literæ.

PAG. LIN.

240, 13, *cunctis et* coram cunctis astantibus et audire volentibus illud prædicando.

242, 27, *continetur* continetur. Per idem tempus rex capi fecit Galfridum de Norwic clericum suum fidelem, prudentem et elegantem, et in castro de Notingham pœna excogitata usque mortem torqueri. Quod videns magister Willelmus de Neccoto, socius dicti Galfridi, vir non minoris valoris, fugit in Franciam et apud Curbolium diu latitavit, ne sicut Galfridus immerito necaretur. Ipso eodem tempore rex Johannes factus de rege tyrannus, qui quendam armigerum Falconem imposuerat custodiæ cuidam in marchia Walliæ, sciens illum nullum facinus abhorrere, vocavit ipsum ut in barones baccharetur. Erat autem ruptarius nequissimus, Neuster natione et spurius. Sed et ipse multo crudelius quam ei jussum fuit in ipsos desævit, sicut dicetur inferius; propter quod rex factus ei propitius dedit ei nobilem dominam Margaretam de Ripariis, cum omnibus terris eam contingentibus. Hoc anno combusta est ecclesia sanctæ Mariæ de Suwerc Londinensis, et pons Londinensis inter tres columnas, et capella similiter super pontem, cum magna parte civitatis et parte villæ de Suwerc, igne Tamisiam transiliente; perieruntque circiter mille homines cum mulieribus et pueris, in nocte scilicet translationis sancti Benedicti.

PAG. LIN.		
243, 24,	*incurrere viderentur*	exhæredationis incurrere viderentur, vulgariter sub nomine felonis.
— 29,	*abundaret*	*addit* Paris., Tunc temporis quoque rex vulpina calliditate ab omnibus religiosorum domibus ad excusandum excusationes in peccatis chartas exegit, quibus testarentur, se gratis contulisse, quæcunque ab eis violenter extorsit.
244, 20,	*eschipatas*	adornatas.
246, 28,	*jussit*	misit.
249, 3,	*et mandantibus*	*desunt.*
252, 15,	*quarto*	*addit* Paris., Per idem tempus rex Johannes, arguens Robertum filium Walteri proditionis et rebellionis, sternere fecit castrum Baynardi Londinense in crastino sancti Hilarii, per manus Londoniensium, scilicet die Lunæ. Die vero Jovis proxime sequenti Nicolaus, Thusculanus episcopus, legatus in Angliam venit, accedens primo ad Westmonasterium; et, moram ibidem faciens per octodecim dies, diligentem tractatum habuit cum conventu ipsius ecclesiæ de reformatione spiritualium et temporalium. Idem vero apud Evesham in festo sancti Eadmundi veniens Rogerum, ejusdem ecclesiæ abbatem, manifestis ex causis deposuit, substituens ibi Radulphum, priorem Wigorniensem. Eodem quoque tempore obiit Gaufridus filius Petri, Angliæ justitiarius.

PAG. LIN.		
253, 25,	*domini ... esse*	Pandulphi, si coram domino papa esse.
255, 21,	*supradictis*	*addit* Paris., Pandulphus autem pecuniam, quam in arrham subjectionis rex contulerat, sub pede suo conculcavit, archiepiscopo dolente et reclamante.
257, 13,	*præcepit*	*addit* Paris., juravitque dicens, ' Per sanctos Franciæ, vel Francia erit Flandria, vel Flandria Francia.'
260, 23,	*absolverunt*	*addit* Paris., Et hæc absolutio facta fuit in capitulo Wintoniensi.
262, 26,	*faceret*	moveret.
263, 6,	*impetravit*	impetrasset.
— 20,	*tempore quo*	ipso.
— 29,	*recitari*	*addit* Paris., cujus tenor erat talis.
264, 17,	*homines*	honores.
267, 17,	*pestem*	tempestatem ; *C.*
268, 1,	*Biternensem*	Bituricensem.
— 10,	*Cermanniæ*	Cervianum.
— 13,	*Biternensibus*	Bituricensibus.
269, 16,	*Biternum et Carcasonam*	Biturum et Cairasonam.
271, 13,	*supponerent*	*deest.*
— —	*Eodem anno ... propter sanctæ* (272, 10)	Sub ejusdem anni curriculo, in æstate sequenti, subortus est in Francia error quidam a seculis inauditus. Quidam enim puer, hoste humani generis procurante, qui vere puer ætate fuit sed moribus pervilis, per civitates vadens et castella in regno

Francorum, quasi a Domino missus, cantillabat Gallice modulando, ‘ Domine Jesu Christe, crucem sanctam nobis restitue,’ additis multis aliis adjectionibus. Et cum ab aliis pueris coætaneis videretur et audiretur, sequebantur eum infiniti, qui præstigio diabolico penitus infatuati, relictis patribus et matribus, nutricibus et amicis universis, cantantes modo consimili quo eorum cantabat pædagogus; nec eos poterat, quod mirum est dictu, vel sera retinere, vel parentum persuasio revocare, quin suum magistrum memoratum sequerentur versus mare Mediterraneum, quod trajicientes processionaliter et turmatim modulando progrediebantur. Non enim poterat aliqua civitas eos præ multitudine jam comprehendere. Magister autem eorum in curru ponebatur pallis adornato, stipatus custodibus circumstrepentibus et armatis. Tantus autem eorum erat numerus, ut se invicem præ nimia numerositate comprimerent. Beatum enim se reputabat, qui de vestibus suis fila vel pilos discerptos poterat reportare. Sed tandem, antiquo impostore Sathana machinante, vel in terra vel in mari perierunt universi.

De morte Gaufridi filii Petri.

Anno vero sub eodem Gaufridus filius Petri, totius Angliæ justitiarius, vir magnæ potestatis et auctoritatis, in maximum regni detrimentum diem clausit extremum secunda die Octobris. Erat autem firmissima regni columna, utpote vir generosus, legum peritus, thesauris, redditibus, et omnibus bonis instauratus, omnibus Angliæ magnatibus sanguine vel amicitia confœderatus; unde rex ipsum præ omnibus mortalibus sine dilectione formidabat, ipse enim lora regni gubernabat. Unde post ejus obitum facta est Anglia quasi in tempestate navis sine gubernaculo. Cujus tempestatis initium fuit mors Huberti, Cantuariensis archiepiscopi, viri magnifici et fidelis; nec post mortem istorum duorum potuit Anglia respirare. Cum dicti Petri mors regi Johanni nuntiaretur,

cachinnando dixit, 'Cum venerit in infernum, salutet Hubertum, Cantuariensem archiepiscopum, quem proculdubio ibi inveniet.' Et conversus ad circumsedentes subintulit dicens, 'Per pedes Domini, nunc primo sum rex et dominus Angliæ!' Habuit igitur extunc potestatem liberiorem juramentis suis et pactis, quæ cum ipso Gaufrido dolente fecerat, contraire, et initæ pacis vinculis, quibus se involverat, denodare. Pœnituit igitur ipsum graviter et amarissime, quod ad prædictæ pacis consensum inclinaretur.

Rex Johannes desperans misit nuntios ad admiralium Murmelium.

Misit ergo nuntios secretissimos cum festinatione summa, videlicet Thomam Herdintonum et Radulphum filium Nicolai milites, et Robertum de Londino clericum, ad admiralium Murmelium, regem magnum Aphricæ, Marrochiæ et Hispaniæ, quem vulgus Miramumelinum vocat, significans eidem, quod se et regnum suum libenter redderet eidem et dederet et deditum teneret ab ipso, si placeret ei, sub tributo; necnon et legem Christianam, quam vanam censuit, relinquens legi Mahometi fideliter adhæreret. Quod cum dicti nuntii secretius relaturi ad curiam dicti principis pervenissent, invenerunt ad primam portam aliquot milites armatos introitum arctius custodientes gladiis evaginatis. Ad secundum vero ostium, scilicet palatii, plures invenerunt milites ad unguem armatos, et prioribus elegantius, ensibus strictis ingressum diligenter custodientes, ac aliis fortiores et nobiliores. In ostio vero thalami inferioris, multo secundum apparentiam robustiores et ferociores, et plures prioribus. Cum autem pacifice introducti, ex licentia ipsius admiralii, quem regem magnum vocant, ipsi nuntii et vice domini sui, regis scilicet Angliæ, reverenter salutassent, exposuerunt causam adventus sui plenius, chartam regiam ei porrigentes; quam quidem interpres, qui præsens vocatus aderat, evidenter patefecit. Quo

intellecto, et rex librum quem inspexerat clausit, seditque enim ad pulpitum suum studens, vir ætate et statura mediocris, et gestu maturus et verbis facundus, et circumspectus. Et cum paulisper quasi secum deliberans respondisset, modeste dixit, ‘ Modo inspexi librum in Græco scriptum cujusdam Græci sapientis et Christiani nomine Pauli, cujus actus et verba mihi optime complacent, et accepto ; unum tamen de ipso mihi displicet, quod in lege sub qua natus erat non stetit, sed ad alia tanquam transfuga et inconstans avolvit. Et id dico de domino vestro Anglorum rege, qui relicta piissima et mundissima lege Christianorum, sub qua nascebatur, cereus et instabilis gliscit transmeare.’ Et addidit, ‘ Novit qui nihil ignorat Deus omnipotens, si exlex essem, illam præ omnibus eligerem et acceptans amplexarer.’ Postea vero sciscitabatur, cujus conditionis esset rex Angliæ et regnum ejus; respondit Thomas, utpote nuntiorum facundissimus, ‘ Egregie et ingenue atavis regibus magnis procreatus, terra ejus opulenta et suis contenta bonis, culturis, pascuis et silvis abundat. Ex ea etiam omne genus metallorum studio conflatili eliquatur. Gens nostra speciosa et ingeniosa tribus pollet idiomatibus erudita, scilicet Latino, Gallico, et Anglico, et omni arte liberali et mechanica plenius erudita. Veruntamen vinearum aut olivarum copiam ex se terra nostra non producit, nec abietem, sed ea ex vicinis regionibus commercio sibi acquirit abundanter. Aer salubris et temperatus ; inter occidentem sita et septentrionem, ab occidente calorem, a septentrione sumens frigiditatem, temperiem sortitur gratissimam. Undique mari vallatur, unde insularum regina meruit appellari. Regnum etiam ab inuncto et coronato gubernatum ab antiquo liberum esse dignoscitur et ingenuum, ad nullius præterquam Dei spectans dominationem. Ecclesia etiam et nostræ cultus religionis plusquam in aliqua mundi parte ibidem prosperatur, ac papalibus et regiis legibus pacifice gubernatur.’ Tracto igitur ab alto præcordiali suspirio, re-

spondit rex, ‘ Nunquam legi vel audivi, quod aliquis rex tam prosperum regnum possidens subjectum et obediens, suum sic vellet sponte pessundare principatum, ut de libero faceret tributarium, de suo alienum, de felici miserum, et se alterius, tanquam sine vulnere victum, dedere voluntati. Quinimo de multis legi et audivi, quod multi sanguinis effusione et profluvio sibi libertatem, quod laudabile fuit, compararent ; modo autem audio, quod dominus vester miser, deses et imbellis, qui nullo nullior est, de libero servus fieri desiderat, qui omnium mortalium miserrimus est.’ Postea vero, sed cum contemptu, inquisivit cujus ætatis esset, staturæ, ac strenuitatis. Cui responsum est, quod ætate fuit quinquagenarius et omnino canus, corpore fortis, nec procerus, sed potius compactus, et formæ ad robora convenientis. Quod cum audisset rex, respondit, ‘ Virtus ejus juvenilis ac virilis tepuit jam et refrigescit. Infra decennium, dato quod tam diu victurus sit, virtus ejus deficiet antequam arduum quid consummaverit ; si nunc inciperet, in defectum declinaret, nec aliquid valeret. Quinquagenarius enim decidit occulte, sexagenarius manifeste. Pacem de cætero sibi adquirat et quiescat.’ Colligens ergo omnia inquisita et responsa nuntiorum, post parvum silentium, facta subsannatione in signum magnæ indignationis, sprevit ille admiralius regem Johannem dicens, ‘ Nullius est rex ille, sed regulus jam desipiens et senescens, nec curo de eo ; indignus est mihi confœderari ;’ et conspiciens Thomam et Radulphum torvo vultu ait, ‘ Non redeatis iterum ad meam præsentiam, nec videant oculi vestri amplius faciem meam. Fama, sed potius infamia, domini vestri jam apostatæ desipientis fœtorem exhalat in conspectu meo teterrimum.’ Recedentibus igitur cum rubore nuntiis, intuebatur rex ille admiralius Robertum clericum, qui tertius erat nuntiorum, qui parvus erat et niger, unum brachium longius habens reliquo et digitos inordinatos, scilicet duos sibi cohærentes, et faciem Judaicam.

Perpendens igitur rex, quod tam despicabilis persona ad tam arduum negotium declarandum non destinaretur nisi saperet ut callidus et intelligeret, videns ejus coronam et tonsuram et inde discernens quod esset clericus, jussit eum ad se evocari, quia aliis loquentibus adhuc tacuerat stans remotus. Ipso igitur retento et spretis aliis, rex cum eo multa loquebatur secretius, quæ postea ipse Robertus amicis suis patefecit. Inquisivit autem dictus rex ab eodem, si rex Angliæ Johannes aliquibus polleret moribus, et si liberos strenuos procreasset, et si potens esset in vi generativa; addiditque, quod si Robertus super his interrogatis mentiretur, nunquam, præcipue clerico, crederet Christiano. Tunc Robertus sub attestatione legis Christianæ se promisit ad omnia interrogata veraciter responsurum. Dixit igitur affirmative, quod potius fuit tyrannus quam rex, potius subversor quam gubernator, oppressor suorum et fautor alienorum; leo suis subditis, agnus alienigenis et rebellibus, qui per desidiam suam Normanniæ ducatum et alias multas terras amiserat, et insuper Angliæ regnum amittere vel destruere sitiebat; pecuniæ extortor insatiabilis, possessionum suorum naturalium invasor et destructor; paucos vel potius nullos strenuos generavit, sed patrissantes; sponsam habet sibi exosam et ipsum odientem, incestam, maleficam et adulteram, et super hæc sæpius convictam, unde rex sponsus ejus comprehensos laqueo jussit super stratum ejus suffocari; ipse rex nihilominus multos procerum suorum et etiam consanguineos zelotipavit violenter, ac filias corrupit nubiles et sorores; in cultu autem Christiano, prout audistis, fluctuans et diffisus. Hæc cum audisset rex admiralius, non tamen sicut prius ipsum sprevit, sed detestabatur et in sua lege maledixit, et ait, ‘Quare permittunt miseri Anglici talem super se regnare et dominari? vere effœminati sunt et serviles.’ Respondit Robertus, ‘Patientissimi hominum sunt Anglici, donec supra modum offendantur et damnificentur. Nunc autem sicut leo vel elephas,

cum læsum se senserit vel cruentum, irascuntur, et excutere colla de sub jugo opprimentis, etsi sero, proponunt et conantur.' Et cum hæc omnia ipse rex admiralius audierat, Anglorum nimiam redarguit patientiam, quam formidolositatem recta interpretatione fuisse interpres asseruit, qui ad omnia præsens exstiterat. Multos autem præter hos tractatus et confabulationes habuit idem rex cum eodem Roberto, quæ postea amicis plenius in Anglia declaravit. Collatis igitur ipsi Roberto muneribus pretiosis, in auro et argento, gemmis variis et holosericis, ipsum in pace dimisit; recedentes autem nuntios alios nec salutavit, nec aliquibus muneribus honoravit. Cumque autem ad propria remeassent nuntii, et quæ viderant et audierant domino suo renuntiassent, doluit dominus eorum rex Johannes vehementer usque ad spiritus amaritudinem, quod sic ab ipso rege admiralio contemnebatur et quod in proposito suo impediebatur. Robertus autem de extraneis donis sibi collatis regem liberaliter respexit, ut saltem sic perciperet quod favorabilius aliis audiretur, licet primo repulsus tacuisset; unde ipse rex ipsum plus aliis honoravit, et quasi pro præmio custodiam abbatiæ sancti Albani, quamvis non vacaret, improbus exactor concessit, ut sic de alieno clericum suum fidei transgressor remuneraret. Ipse igitur Robertus, inconsulto, imo potius invito abbate, qui pro tempore fuit, videlicet Johanne de Cella, viro religiosissimo et literatissimo, omnia quæ in ecclesia et curia fuerunt pro libitu diripuit et sibi appropriavit; et in qualibet balliva, quas obedientias appellamus, constituit, maxime in janua, janitorem omnium diligentem exploratorem et protervum, unde plusquam mille marcas ab eadem domo astute nimis emunxit Robertus clericus memoratus. Hic tamen quosdam abbatis ministros præcipuos, cum quodam sancti Albani monacho, videlicet dominum Laurentium Seneschallum militem, et Laurentium clericum, et magistrum Walterum monachum pictorem, dilexit et habuit familiares, quibus gemmas suas

et alia secreta revelavit sibi a dicto admiralio collata et dicta, audiente Matthæo, qui et hæc scripsit et enarravit.

Rex Johannes cogitat Angliæ regnum papali ditioni subjicere.

Extunc igitur rex Johannes præconceptum propositum suum, a quo credidit resilire, et suam cœpit conditionem deteriorare, et deterioratam in perniciem regni solidare; oderat quippe quasi virus vipereum omnes regni generosos, præcipue tamen Saerum de Quency, Robertum filium Walteri, et Cantuariensem archiepiscopum Stephanum. Noverat autem, et multiplici didicerat experientia, quod papa super omnes mortales ambitiosus erat et superbus, pecuniæque sititor insatiabilis et ad omnia scelera pro præmiis datis vel promissis cereum et proclivum. Missis igitur sub omni festinatione nuntiis, magnam thesauri summam ipsi transmisit et promisit ampliorem, spoponditque suum se esse et semper fore subjectum [1]tributarium ea conditione, ut nacta subtiliter occasione Cantuariensem archiepiscopum confundere niteretur, et barones Angliæ, quos prius foverat, excommunicaret; et hoc sitienter desiderabat, ut in excommunicatos exhæredando, incarcerando, et necando posset malignari. Quæ igitur nequiter subaraverat, nequius, ut in sequentibus dicetur, solidavit.

Rex Johannes de fide male sentiens.

Diebus quoque sub eisdem adeo desipiebat rex Johannes, ut de mortuorum resurrectione futura, et aliis fidem Christianam contingentibus, male sentiret; et quædam irrecitabilia diceret deliramenta, quorum unum duximus memorandum. Contigit ut venatu capto cervo quodam pinguissimo, in præsentia regis cum excoriaretur, rex ridens et deridens diceret, ‘O quam prospere vixit iste, nunquam tamen missam audivit!’

---

[1] *Tributarium.*] Tributarium et vasallum voluntarium; *C.*

Admiralius Murmelinus victus aufugit.

Per idem tempus ipse rex sive admiralius Murmelinus, de quo supradictum est, cum infinito quem conflaverat exercitu, non sine, ut dicitur, regis Johannis assensu, fines Hispaniæ potenter constituit occupare; cui magnam audaciam contulerat nutans fides regis Johannis supradicti et regni ejus interdictum. Quod cum cognoverunt regis Hispaniæ Christiani, additis quibusdam prælatis, viriliter restiterunt, et universo dissipato exercitu suo a finibus suis fugaverunt, et primogenitum filium suum, capto regali vexillo, interemerunt. Ubi rex Arragonum immortalem laudem promeruisset, si non in superbiam elatus statim a Simone de Monteforti totam terram, quam super Albigenses acquisierat de se tenendam, contra prohibitionem papæ, qui id idem postulaverat, procaciter exegisset; unde guerram gravem sibi suscitavit.

His quoque temporibus, post dicti regis Arragonum coronationem ab Innocentio papa factam Romæ, et inhibitionem districtam ne inimicis fidei auxilium vel favorem pararet, spreta patris correptione, post victoriam de admiralio Murmelino obtentam cœpit recalcitrare, nocens quantum potuit Simoni memorato; hæreticis utique Albigensibus confœderatus, associatis sibi comitibus, fugit et convenit cum Tholosanis. R. quoque de Beders, cum suis Bederanis, et de conprovincialibus innumeris convocatis, exercitu magno congregato, feria tertia post natale beatæ Mariæ Murelli castrum obsedit. Quo audito, patres venerabiles Tholosanus, Nemansensis, Agathensis, Biterensis, Uticensis, Lothenensis, Carcasonensis, et Elmensis, necnon Magalonensis episcopi, et de Claraco et Magna-villa et sancti Egidii abbates, et alii multi præclari viri, quos archiepiscopus Narbonensis, apostolicæ sedis tunc legatus papæ, in sanctæ.—All in Paris' hand. From this point in the C.C.C. MS. the continuation of the history in

the text has been compiled by Paris, and has been written by the same hand as the Cotton. MS. The text of Wendover is not left, but additions and alterations are made as well in the body of the work as by Paris himself, as it would appear, on the margin.

PAG. LIN.	
273, 32, *compulsi*	versi.
— 36, *fuerunt ... devorati*	in ore gladii perierunt.
274, 3, *perturbavit*	perturbavit. Per exploratores noverat comes Simon, quod rex Arragonum se paravit (tam securus fuit) ut ad mensam sederet pransurus, unde comes jocose dixit super hoc certificatus cum exiret, ' Certe serviam ei de primo ferculo.' Unde primus ipse rex Arragonum gladio transfossus, antequam tres buccellas panis deglutiret, interemptus occubuit.
277, 27, *accepisset*	*addit* Paris., factus de rege tyrannus.
280, 15, *manu forti*	brachio extento.
— 25, *nos*	in.
— 27, *crederetur a pluribus*	crederemus.
282, 5, *Herdintuna*	Hundintuna.
283, 12, *pontificatus ... sexto*	*desunt.*
284, 4, *octavo*	septimo.
— 9, *Residuæ... marcæ*	Residua autem tredecim millium marcarum.
— 21, *sententiam*	*deest.*
— 23, *pulsatis ... cantato*	ad irrestaurabile damnum ecclesiæ tam in temporalibus quam in spiri-

tualibus. Qua relaxatione facta, gaudium per totam terram pulsando et hymnum 'Te Deum laudamus' cantando exortum est.

PAG. LIN.		
285,	2, *dum..ignorabant*	non indemni fatigatione.
—	17, *vir religiosus et in*	plenus dierum, sanctitatis, et religione insignis.
—	18, *literali*	*deest.*
—	19, *diem*	sanctissime diem.
—	— *extremum*	extremum. Illis diebus per prædictum legatum depositus est Radulphus de Arundel, abbas Westmonasteriensis, in crastino sancti Vincentii, per N. abbatem de Westham, missum ex parte legati, fracto ipsius sigillo in capitulo; cujus loco substitutus est Willelmus de Humes, prior Fromtoniæ, monachus Cadomensis.
286,	27, *audivit*	audisset.
287,	2, *uterque*	alter.
—	19, *fratrem suum*	*desunt.*
288,	15, *fieri solet*	fit.
—	17, *refrigerium*	refugium.
290,	14, *cum regem*	*desunt.*
—	28, *remoti*	remoti essent.
—	29, *sicut . . . . veniendi*	*desunt.*
—	30, *tot*	*deest.*
—	33, *probitatem*	*addit* Paris., et utrobique cruentam fatigationem.

PAG. LIN.		
291, 10,	*quocirca .. illorum*	in quem sine mora.
— 11,	*in imperatorem*	*desunt.*
— —	*in momento*	*desunt.*
— 15,	*ut sica ... acuto*	ad modum sicæ ... acutum.
— 31,	*mancipandi*	mancipandi. In adventu autem regis tota civitas Parisiaca facibus et lanternis, cantibus et plausibus, classicis et laudibus, die et nocte sequente, sericis et variis ornata pannis, solemniter exultabat.
— 35,	*Cistercensis ordinis*	Cisterciensibus, consilio Richardi de Marisco et consimilium aulicorum, impudenter.
292, 10,	*sepultum est*	*C.* adds on the margin, ' Eodem tempore, scilicet quarto nonas Octobris, consecratus est apud Cantuariam Simon, decanus Eboracensis, in episcopum Exoniæ; obiitque G. de Glanville, episcopus Roffensis, octavo kalendas Julii, et quidam alii magnates.'
— 19,	*et imprisiis*	*desunt.*
— 27,	*prisonibus*	personis.
— 31,	*prisonibus*	personis.
— 32,	*et imprisii*	*desunt.*
293, 19,	*ecclesias*	*deest.*
— 20,	*tertio nonas Octobris*	*desunt.*
294, 19,	*recedere juramento*	juramento, quod bene credebant, resilire propter suam duplicitatem.

PAG. LIN.		
294, 27,	*ejusdem ecclesiæ*	ipsius ecclesiæ sumptus.
295, 12,	*Wlsius ... Eadfrido*	*desunt.*
— 15,	*iste*	qui propter suas virtutes.
— 17,	*Leofrici memorati*	ipsius Leofrici uterinus.
— 24,	*in abbatem benedictus*	*desunt.*
— 27,	*regni*	*deest.*
296, 29,	*inductus*	(in dubiis pro meliori parte interpretandum est) ut scilicet crucis protectione tutior efficeretur.
297, 3,	*Stamford*	Brackele; *Reg.*
— 6,	*confecerunt*	confecerunt, eo maxime quod rex exosum se omnibus exhibuit.
— 29,	*Puinter*	Pointun.
— 31,	*Mulutune*	Conanus filius Heliæ; added in *Ce.*
298, 1,	*omnes*	communes.
— 25,	*subridens*	subsannans.
299, 2,	*paulo*	*deest.*
— 18,	*omnino profecissent*	perfecissent.
— 23,	*in obsidione prædicta*	*desunt.*
300, 8,	*mysteriis*	solemniis.
— 12,	*ingressi*	ingressi per portam de Alegat.
— 14,	*At barones*	Et.
— 17,	*Angliam*	*deest.*
— 21,	*ac ... relinquentes*	deserentes et sibi fideliter adhærentes.
— 28,	*laborarent*	non omitterent.

PAG. LIN.		
301, 11,	*Cessaverunt ...in aliquo obediret*	Temporibus sub eisdem rex occultum odium versus barones facie pallians sub serena et ultiones excogitans fecit adulterari, id est vulgariter contrafacere, omnia sigilla episcoporum, et scripsit vice eorum omnibus nationibus, quod Anglici omnes erant apostatæ, toti mundo detestabiles. Et quicumque vellet eos quasi apostatas hostiliter impetere, rex, eorum et papæ assensu et auctoritate, conferret eis terras et omnes eorum possessiones. Quod cum audissent exteræ nationes, noluerunt fidem talibus adhibere, quia constabat Anglos omnium Christianorum esse præclarissimos ; et, comperta veritate, talia facinora et commenta detestabantur, et sic cecidit in laqueos quos tetendit.
—	17, *superfluitate*	multitudine.
—	20, *invenirent*	*addit* Paris., cepit autem adversus barones in corde odium inexorabile.
—	22, *sæpe dictis*	sæpe dictis, ut, cum fortior surrexisset, in dissipata agmina acrius se vindicaret, et, qui in omnes non poterat, in singulos desæviret.
—	33, *referebant*	explicarunt.
—	34, *fluctuantes*	recreati.
302, 17,	*Burgo*	Burc.
—	20, *adfuerunt*	*addit* Paris., qui innumerabiles fuere.
—	23, *hinc inde*	*desunt.*

PAG. LIN.

302, 34, *emendationem regni nostri* — *addit* Paris., per consilium venerabilium patrum nostrorum Stephani, Cantuariensis archiepiscopi, totius Angliæ primatis et sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, Henrici, Dublinensis archiepiscopi, Willelmi, Londinensis episcopi, Petri Wintoniensis, Jocelini Bathoniensis et Glastrensis, Hugonis Lincolniensis, Walteri Wigornensis, Willelmi Coventrensis, Benedicti Roffensis, episcoporum, et magistri Pandulphi domini papæ subdiaconi et familiaris, fratris magistri militiæ Templi Angliæ, et nobilium virorum Willelmi Mareschalli comitis Pembroc, W. comitis Saresberiensis, Willelmi comitis Warrennæ, Willelmi comitis Arundel, Alani de Leweia constabularii Scotiæ, Warini filii Gerardi, Petri filii Hereberti, et Huberti de Burgo seneschalli Pictaviæ, Hugonis de Nevilla, Matthæi filii Hereberti, Thomæ Basset, Alani Basset, Philippi de Albeni, Roberti de Ropesle, Johannis Mareschalli, et Johannis filii Hugonis, et aliorum fidelium nostrorum, in primis.

303, 31, *infra ætatem* — *addit* Paris., et fuerit in custodia.

304, 27, *disparagatione* — disparagatione, ita tamen quod antequam contrahatur matrimonium ostendatur propinquis de consanguinitate ipsius hæredis.

305, 22, *solverint* — solvitur.

PAG. LIN.

305, 24, *Civitas Londoniarum . . . liberas consuetudines suas*

Si quis mutuo acceperit aliquid a Judæis, plus vel minus, et moriatur antequam debitum illud persolverit, debitum illud non usuret quamdiu hæres fuerit infra ætatem, de quocunque tenet; et si debitum istud incidat in manus nostras, nos non capiemus nisi catallum contentum in charta. Et si quis moriatur, et debitum debet Judæis, uxor ejus habeat dotem suam, et nil reddat de debito illo. Et si liberi ipsius defuncti, qui fuerunt infra ætatem, remanserint, provideantur eis necessaria secundum tenementum quod fuerit defuncti, et de residuo solvatur debitum ; salvo tamen servitio dominorum. Simili modo fiat de debitis, quæ debentur aliis quam Judæis. Nullum scutagium vel auxilium ponam in regno nostro, nisi per commune consilium regni nostri, nisi ad corpus nostrum redimendum, et ad primogenitum filium nostrum militem faciendum, et ad primogenitam filiam nostram semel maritandam ; et ad hoc non fiet nisi rationabile auxilium. Simili modo fiat de auxiliis de civitate Londinensi ; et civitas Londoniarum habeat omnes antiquas libertates et liberas consuetudines suas, tam per terras quam per aquas. Præterea volumus et concedimus, quod omnes aliæ civitates et burgi et villæ, et barones de quinque portubus, et

omnes portus, habeant omnes libertates et omnes liberas consuetudines suas. Et ad habendum commune consilium regni de auxiliis assidendis aliter quam in tribus casibus prædictis, et de scutagiis assidendis, submoneri faciemus archiepiscopos, episcopos, abbates, comites, et majores barones regni singillatim per literas nostras. Et præterea faciemus submoneri in generali, per vicecomites et ballivos nostros, omnes alios qui in capite tenent de nobis, ad certum diem, scilicet ad terminum quadraginta dierum ad minus, et ad certum locum. In omnibus literis submonitionis illius causam submonitionis illius exponemus; et, sic facta submonitione, negotium procedat ad diem assignatum, secundum consilium eorum qui præsentes fuerint, quamvis non omnes submoniti venerint. Nos non concedimus de cætero alicui, quod capiat auxilium de liberis hominibus suis, nisi ad corpus suum redimendum, et ad faciendum primogenitum filium suum militem, et ad primogenitam filiam suam semel maritandam ; et ad hoc non fiat nisi rationabile auxilium.

PAG. LIN.	
305, 36, *antecessoris*	*addit* Paris., et de ultima præsentatione.
306, 36, *placita coronæ nostræ*	*addit* Paris., Omnes comitatus et hundredi et wapentag et threthingi sint ad antiquas firmas absque ullo incremento, exceptis dominicis maneriis nostris.
307, 13, *partibus suis*	*addit* Paris., Si aliquis liber homo intestatus decessit, catalla sua per manus propinquorum, parentum, et amicorum suorum per visum ecclesiæ distribuantur, salvis unicuique debitis, quæ defunctus ei debebat.
308, 29, *debemus habere*	tenebimus.

PAG. LIN.		
309,	1, *utlagetur*	utlagetur aut exulet.
—	2, *destruatur*	destituatur.
—	19, *terra nostra*	*addit* Paris., Liceat unicuique de cætero exire de regno nostro et redire salvo et secure per terram et per aquam, salva fide nostra, nisi in tempore guerræ per aliquod breve tempus propter communem utilitatem regni; exceptis imprisonatis et utlagatis secundum legem regni, et gente contra nos guerrina, et mercatoribus, de quibus fiat sicut supradictum est.
—	31, *eschaetam*	*addit* Paris., Homines qui manent extra forestam non veniant de cætero coram justitiariis nostris de foresta per communes summonitiones, nisi sint in placito, vel plegii alicujus vel aliquorum qui attachiati sunt propter forestam. Omnes autem bosci, qui fuerunt afforestati per regem Richardum fratrem nostrum, statim deafforestentur, nisi fuerint dominici bosci nostri.
—	37, *antiquam*	aliquam antiquam.
310,	18, *et quod ... de visu suo faciendo*	*desunt a C.*
—	32, *avi nostri*	avi nostri; et quod vicecomes non quærat occasiones, et quod contentus sit de eo quod vicecomes habere consuevit.
311,	15, *nostrorum*	*deest.*
313,	3, *nostros*	*deest.*

PAG. LIN.		
313, 5,	*nostrum*	suum.
315, 28,	*ortam*	*deest.*
— 29,	*concesserimus*	concessimus.
317, 33,	*quod fuit anno*	qui fuit annus.
318, 19,	*decimo septimo*	*addit* Paris., Concessit insuper eodem anno rex Johannes, ut pronius corda prælatorum et magnatum sibi conciliaret, liberas in omnibus ecclesiæ Angliæ electiones; et procuraverunt tam ipse rex, quam magnates et prælati, ut illa sua similiter hæc charta et concessio a papa confirmaretur, unde ad majorem securitatem regalis charta in papali confirmatione inseritur bullata. Hi autem sunt viginti quinque barones electi; comes de Clare, comes Albemarle, comes Gloverniæ, comes Wintoniensis, comes Herefordensis, comes Rogerus, comes Robertus, comes Mareschallus junior, Robertus filius Walteri senior, Gilebertus de Clare, Eustachius de Vesci, Hugo Bigod, Willelmus de Munbray, major de Londonio, Gilebertus de Laval, Robertus de Ros, constabularius Cestriæ, Richardus de Perci, Johannes filius Roberti, Willelmus Malet, Gaufridus de Say, Rogerus de Munbray, Willelmus de Huntingfilde, Richardus de Muntfichet, Willelmus de Albineto. Isti viginti quinque barones juraverunt in animabus suis, rege hoc dispo-

nente, quod omni instantia his obsequerentur, et regem cogerent, si forte resipisci vellet, hoc tenere. Sequentes autem juraverunt quod obsequerentur mandato viginti quinque baronum ; comes de Clare, comes de Arundel, comes Warenniæ, Henricus Doili, Hubertus de Burg, Matthæus filius Hereberti, Robertus de Pinkeni, Rogerus Huscarlus, Robertus de Neuburg, Henricus de Ponte Audomari, Radulphus de la Haie, Henricus de Brentefeld, Garin filius Gerold, Thomas Basset, Willelmus de Rokelant, Willelmus de Saintjohan, Alanus Basset, Richardus de Ripariis, Hugo de Beneval, Jordanis de Saukvill, Ra. Musgard, Ri. Sibfleuvast, Robertus de Ropele, Andræas de Beucamp, Walterus de Dunestaple, Walterus Folioth, Faukes, Johannes Mareschallus, Philippus de Ableni, Willelmus de Parca, Radulphus de Normanville, Willelmus de Parci, Willelmus Agoilun, Engerus de Pratest, Willelmus de Cirent, Rogerus de Zucha, Rogerus filius Bernardi, Godefridus de Cracumbe, qui omnes juraverunt quod obsequerentur mandato viginti quinque baronum.—Omitted in *C.*

PAG.	LIN.		
319,	8,	*et turrim Londoniarum*	cum quibusdam aliis.
—	11,	*reversi sunt*	*addit* Paris., Volens autem rex Johannes ad majorem securitatem et robur diuturnitatis hæc inviolabiliter observari, misit ad dominum papam Innocentium, rogans constanter ut huic piæ concessioni et confirmationi suæ favorem dignaretur exhibere et eandem bullæ munimine confirmare ; qui quia jam factus fuit obsequens papæ vasallus et rex apostolicus, meruit quæ petiit citius impetrare sub hac forma ;

'Innocentius episcopus, et cætera, venerabilibus fratribus et dilectis filiis universis ecclesiarum prælatis per Angliam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Dignis . laudibus attollimus magnificentiam Creatoris, postquam idem, qui est mirabilis et terribilis in consiliis super filios hominum, aliquandiu toleravit ut perflando discurreret per areolam horti sui [1]spem tempestatis quasi ludens, taliter in orbe terrarum, ut sic ostenderet infirmitatem et insufficientiam nobis; statim, cum voluit, dixit et aquiloni, 'Da,' et austro, 'Noli prohibere,' imperansque ventis per mare statuit procellam in aura, ut nautæ portum inveniant præoptatum. Cumque enim inter regnum et sacerdotium Anglicanum, non sine magno periculo atque damno, super electionibus prælatorum gravis fuerit controversia diutius agitata, illo tandem, cui nihil impossibile est, quique ubi vult spirat, mirabiliter operante, carissimus Johannes, rex Anglorum illustris, liberaliter ex mera et spontanea voluntate, de consensu communi baronum suorum, pro salute animæ suæ et prædecessorum suorum et successorum, nobis concessit et suis literis confirmavit, ut de cætero in universis et singulis ecclesiis ac monasteriis cathedralibus et conventualibus totius regni Angliæ in perpetuum liberæ fiant electiones quorumcumque prælatorum, majorum et etiam minorum. Nos igitur hoc gratum et ratum habentes concessionem hujusmodi vobis, et per vos ecclesiis et successoribus vestris, prout in eisdem literis regis perspeximus contineri, auctoritate apostolica confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem firmitatem et perpetuam memoriam hujus rei præfatas regis literas super hoc confectas præsentibus misceri fecimus, quarum tenor talis est; 'Johannes Dei gratia rex Angliæ, dominus Hyberniæ, dux Normanniæ et Aquitaniæ, comes Andegavensis, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, militibus,

[1] *Spem.*] Spiritus; *C.*

ballivis, et omnibus has literas visuris, salutem. Quoniam inter nos et venerabiles patres nostros Stephanum Cantuariensem, totius Angliæ primatem et sanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalem, Willelmum Londoniensem, Eustachium Elyensem, Ægidium Herefordensem, Johannem Bathoniensem et [1]Glastonensem, et Hubertum Lincolniensem, episcopos, super damnis et ablatis eorum tempore interdicti, per Dei gratiam de mera et libera voluntate utriusque partis plene convenit, volumus non solum eis quantum secundum Deum possumus satisfacere, verum etiam toti ecclesiæ Anglicanæ salubriter et utiliter in perpetuum providere. Inde est quod qualiscumque consuetudo temporibus nostris et prædecessorum nostrorum hactenus in ecclesia Anglicana fuerit observata, et quidquid juris nobis hactenus vendicaverimus, de cætero in universis et singulis ecclesiis et monasteriis cathedralibus et conventualibus totius regni Angliæ liberæ sint in perpetuum electiones quorumcumque prælatorum, majorum et minorum; salva nobis et hæredibus nostris custodia ecclesiarum et monasteriorum vacantium, quæ ad nos pertinet. Promittimus etiam, quod nec impediemus nec impedire permittemus per nostros, nec procurabimus, quin in universis et singulis monasteriis et ecclesiis, postquam vacaverint prælaturæ, quemcumque voluerint libere sibi præficient electores pastorem; petita tamen a nobis prius et hæredibus nostris licentia eligendi, quam non denegabimus nec differemus. Et si forte accidat quod denegaremus vel differremus, nihilominus procedant electores ad electionem canonicam faciendam. Et similiter post celebratam electionem noster requiratur assensus, quem non denegabimus, nisi adversus eandem rationale proposuerimus et legitime probaverimus, propter quod non debemus consentire. Quare volumus et firmiter jubemus, ne quis, vacantibus ecclesiis vel monasteriis, contra hanc

[1] *Glastonensem.*] Wellensem; *C.*

nostram concessionem et constitutionem in aliquo veniat vel venire præsumat. Si quis vero contra hoc aliquo tempore veniat, maledictionem Dei omnipotentis et nostram incurrat. His testibus, Petro, Wintoniensi episcopo, W. Mareschallo comite Penbroc, Willelmo comite Warrenniæ, R. comite Cestriæ, S. comite Wintoniensi, G. de Mandevilla comite Gloverniæ et Essexiæ, W. comite de Ferrariis, G. Briewere, W. filio Geraldi, W. de Cantelupo, H. de Nevilla, Robertus de Wer, W. de Huntingefeld. Datum per manum magistri Roberti de Marisco cancellarii nostri, decimo quinto die Januarii, apud Novum Templum Londini, anno regni nostri decimo sexto.' Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Laterani, tertio calendas Aprilis, pontificatus nostri anno decimo octavo.'

His peractis et ex utraque parte approbatis, exultaverunt omnes, credentes Deum misericorditer cor regis tetigisse, cor ab eo lapideum abstulisse et cor carneum addidisse, et ut in eo fieret optima dexteræ Excelsi permutatio ; speraveruntque omnes et singuli, Angliam quasi Ægyptiaco jugo, quo diu ante premebatur, per Dei gratiam suis temporibus liberatam, tum per Romanæ ecclesiæ protectionem, cujus alis se credebant obumbrari, et sic velut sub clypeo divinæ militiæ, cui servire regnare est, pace et libertate gaudere, tum propter regis humiliationem desideratam, quam [quem] speraverant omni mansuetudini et paci fœliciter inclinatam [inclinatum]. Sed longe aliter, proh pudor et proh dolor! et nimis dissimiliter quam speratum fuit, evenit. Credebatur fortuna arridendo nectar propinasse, cum fellita pocula et venena præparavit. Ecce enim filii Belial, diabolo procurante, qui successibus hominum ex antiqua sua consuetudine [invidet], videlicet ruptarii nequissimi, qui

bella potius quam pacem voluerunt, regiis auribus verba discordiæ susurrando instillarunt. Dixerunt enim grunniendo et derisionibus multiplicatis subsannando, ‘Ecce vigesimus quintus rex in Anglia ; ecce jam non rex, nec etiam regulus, sed regum opprobrium ; malle deberet non rex, quam sic rex esse. Ecce rex sine regno, dominus sine dominio ; ecce alficus nauci et angularis, rota quinta in plaustro, regum ultimus et populi abjectio. Heu ! miser et servus ultimæ conditionis, ad quam servitutis miseriam devolutus es ? Fuisti rex, nunc fæx ; fuisti maximus, nunc minimus. Nihil infœlicius quam fuisse fœlicem.’ Et sic iram provocantes, addendo flammam vento, ab igne sulphureo scintillas excitarunt.

Aversio cordis regis.

Tunc rex nimis credulus susurris abominabilium ruptariorum, quos ex consuetudine in propriam perniciem nimis libenter, abjectis naturalibus suis hominibus, educaverat, animum summutavit et cor ejus pessimis consiliis inclinavit ; leve est enim fluctuantem movere, et proclivum ad mala, ad flagitia præcipitare. Tunc rex ab alto ducens suspiria, concepta indignatione maxima, cœpit in se ipso tabescere, et lamentationibus multiplicatis conquerendo dicere, ‘Ut quid me genuit mater mea infœlix et impudica ? Ut quid genibus exceptus, ut quid uberibus ablactatus infaustum accepi incrementum ? Ferrum mihi potius quam alimentum debuit præparari.’ Cœpit frendere dentibus, oculis torvis intuitum retorquere, arreptos baculos et stipites more furiosi nunc corrodere, nunc corrosos confringere, et inordinatorum gestuum plurimis argumentis conceptum dolorem, imo furorem, manifestare. Et statim in ipsa nocte, clanculo confectis literis, misit ad Philippum Marc constabularium castri de Notingham, natione Pictavensem, similiter et ad omnes suos alienigenas, in quibus maxime confidebat anima sua, ut castra sua victualibus munirent,

fossatis ambirent, servientibus stipendiariis roborarent, balistas et machinas pararent, spicula fabricarent; caute tamen et sine prorumpentibus comminationibus, ne barones id forte comperientes, repagulorum impedimenta, ne furor regius procederet, præpararent. Sed, cum nihil occultum quod non reveletur, per commeantes cito magnatibus hæc mala præmeditatio et periculosa machinatio innotuit; et aliqui de prudentioribus eundem adierunt, ut si vera essent quæ dicebantur diligenter explorarent, et consolationibus salubribusque consiliis indignationem ejus averterent, et eum ab iniquo proposito, antequam nequiter inciperetur, revocarent. Sed rex sereno vultu, virus intrinsecum coram magnatibus palliando, se nihil sinistrum meditari jurando per pedes Dei constanter affirmavit; et sic murmur jam exortum, per falsa commenta, et faciendo cachinnos ex adverso sedentes, subdole pacificavit. Veruntamen, quia difficile se capit furiosus, plurimis signis ipsi magnates, antequam ipsum concilium solveretur, perceperunt quod cor regis aversum esset ab eis et decidisset vultus ejus, et continua mente præsaga futuros eventus ponderabant, dicentes, 'Væ nobis, immo toti Angliæ carenti rege veraci, et oppressæ tyranno subdolo et summis conatibus regnum miserabile evertenti! Nos jam Romæ subjecit et Romanæ curiæ, ut protectionem ab ea consequeremur; timendum est ne injuriosas suppeditationes in posterum inveniamus. Nunquam audivimus de aliquo rege, qui nollet colla servituti subtrahere; iste sponte succumbit.' Et sic lamentantes regem recedendo reliquerunt, ad propria revertentes.—So *C.*

PAG.	LIN.		
319,	17,	*castro*	crastino.
—	21,	*argumentationibus*	versutiis.
—	23,	*uteretur*	*addit* Paris., (ille ira excandescens,

de qua dicit sanctus quidam, ' Ira est libido ulciscendi'), cupiensque, dummodo ultus, cum confusis confundi.

PAG.	LIN.		
320,	1,	*nuntiis*	*addit* Paris., immemor tam profundi jurisjurandi adhuc recentis.
—	15,	*literas*	literas suas ad majorem sui et totius regni perniciem et confusionem.
—	27,	*collegia ... inultus*	collegia, in contemplatione proditionis solitariam agebat vitam.
321,	3,	*fuisset inventus*	inveniretur.
—	5,	*subtractum ... animo*	per se vel per alium peremptum. Rex autem hæc omnia conferens in corde suo tacite.
—	8,	*subsidium ... desideratum*	præsidium destinavit, hostilium amicorum et amicabilium hostium.
—	13,	*torneamenti ludum*	hastiludium.
—	14,	*nobili*	nobili et per omnia laudabili.
—	18,	*Willelmo*	Waltero.
—	34,	*securitatem civitatis*	civitatis.
322,	6,	*Valete*	*addit* Paris., Talibus frivolis et otiosis actibus indulserunt, nescientes laqueos subdolos sibi præparari.
—	13,	*volunt effugere*	vitare voluerint.
—	22,	*nulli*	non.
323,	12,	*respondit*	respondit, rugis contractis indignationem testantibus.
327,	21,	*Nulli ergo .. et cætera*	*desunt.*

PAG. LIN.		
327, 32,	*prudentius*	pristinæ.
329, 29,	*tanto .... cœperunt*	adhuc insurgentes eum acriter infestabant, dicendo de papa illud propheticum, ‘ Væ qui justificatis impium,’ et cætera.
330, 18,	*Quod*	Qui.
— 23,	*et animos.. desertores*	et socios animante, incœpta deserere sordidum esse persuadebantur.
— 27,	*ad militiam*	*desunt.*
— 29,	*intulerunt*	abraserunt, importantes quæ poterant.
331, 8,	*tantam*	*deest.*
— 23,	*aliena aspirabant*	alienis inhiabant, vespertiliones et exules, excommunicati, homicidæ, quibus patria fuit exilium, non refugium.
— 24,	*præbuerunt*	præbuerunt, eidem adhærentes.
— 27,	*accepisset*	cognovisset.
332, 7,	*arcere longius satagentes*	longius repellentes; et si eis sufficerent instrumenta defensionis obsessis sicut obsidentibus, impetus eorum pro nihilo habuissent.
— 17,	*et a fluctibus devorati*	*desunt.*
— 19,	*qui Gernemeue appellatur*	de Jernemeue.
— 29,	*nec pes unus ex*	nec unus de.
— 30,	*evasit*	evaserit. Heu! heu! quot fuit causæ ruinæ ille Johannes rex Angliæ, bonorum dissipator et discordiæ seminator.

PAG.	LIN.		
333,	2,	*rex*	prædictus crudelis rex, immo cruentus ille tyrannus.
—	3,	*Boves*	Boves, seductori fugitivo.
—	6,	*Sed . . . notitiam*	Eorum autem casus cum ad regem.
—	9,	*permansit*	vix se potens capere in amaro fremitu seipsum corrodebat. Eadem nocte, qua periit Hugo de Boves, facta est tempestas inaudita, qualis non prævidebatur; scilicet venti, pluviæ, tonitrus, et coruscationes. Contigit ut ex virtute obedientiæ oportuit quendam monachum de sancto Albano manentem apud Binham, Robertum nomine de Westuna, ut iret ad Norwicum, et, cum in medio itineris esset, orta est illa tempestas, et medium noctis erat, et vidit exercitum innumerabilem equitantium, equos maximos et nigros, cum candelis sulphureis, quorum non erat numerus, qui et ipsi monacho adhærebant secundum quendam [1]ordinem.
—	18,	*dissolverent*	pro posse dissolverent; unde ipsi inclusi supra modum angustiati sæpe cum lamentabilibus suspiriis dicebant, 'O perjure, O perfide Roberte fili Walteri! ubi sunt fallaces promissiones tuæ, assertiones cum jurejurando?'
—	20,	*ad arma*	*addit* Paris., sed nimis sero.

[1] *Ordinem.*] *C.* adds, in no very intelligible form, 'In crinis equorum et cappis et capellis et in capucio finali, quod extra appellum apparuit; stetit una et quidam garcio (cum virga voluit eum deponere) et adhæsit summitati virgæ, et fere omnes in parvo tempore obierunt.'

PAG.	LIN.		
333,	22,	*uno impetu*	*desunt.*
—	30,	*optime muniunt*	epicœnice prandentes et bibentes.
—	31,	*optima . . . exercentes*	voluntatibus indulgentes.
334,	2,	*redierant*	*addit* Paris., ut quasi mus a monte parturiente nascebatur.
—	4,	*conducerent*	undique congregarent.
—	6,	*fundarum . . . tela*	fundarum flagellantium, inter sagittariorum et.
—	9,	*ad novum.. has autem*	recentes insurgebant ad insultus renovatos ut inter.
—	14,	*crudelitatem regis*	ignobilem regis tyrannidem, quæ non novit parcere superatis.
—	15,	*occumberent*	occumberent, immo cruentam de se victoriam relinquerent, animos, quasi leones læsi, ferocissimos nacti.
—	19,	*mortaliter*	alacriter.
—	20,	*arcere vacabant*	alacriter repulerunt.
—	36,	*denuo compulerunt*	audacter coegit.
335,	17,	*illos*	illos sine misericordiæ consideratione.
336,	12,	*infirmata*	*addit* Paris., Una dierum dum obsidio castri Roffensis duraret, rex et Savaricus circumibant castrum, ut infirmiora ejus considerarent; quos cum cognovisset quidam optimus arcubalistarius Willelmi de Albineto, ait illi, ‘ Placeat tibi, domine mi, ut occidam regem hostem nostrum cruentissimum spiculo hoc, quod habeo promptum?’ Cui ille, ‘ Non,

non; absit, gluto pessime, ut in sanctum Domini mortem procuremus.' Et ille, ' Non parceret tibi in consimili casu.' Tum Willelmus, ' Fiat Domini beneplacitum. Dominus disponet, non ille.' In hoc similis erat David parcentis Saul, cum occidisse potuit. Hoc postea non latuit regem; nec ob hoc voluit parcere capto, quin ipsum suspendisset, si permissum ei fuisset.

PAG.	LIN.		
338,	2,	*nostrum... cujusquam*	alicujus tergiversatione.
—	8,	*Quod ... et cætera*	*desunt.*
—	18,	*repugnante tamen illiteratura*	tamen reclamantes illiteratum.
—	22,	*propter... obtinere*	in eo scientiam, quam appellant sapientiam, scilicet morum aromate conditam scientiam, insuper favorem domini papæ obtinere.
—	35,	*penitus*	*deest.*
340,	7,	*domini papæ familiaris*	*desunt.*
341,	2,	*fuerat*	fuit.
—	4,	*quasi pro nihilo*	nullam.
—	25,	*certus*	tantus.
—	30,	*civitatum.. aliorumque*	magnatum civitatum et aliorum.
342,	7,	*nequid*	*deest.*
—	8,	*ut*	vero.
—	27,	*examine*	judicio.
—	32,	*proprie sibi proprio*	proprio sibi folio.

PAG.	LIN.		
343,	4,	*ad hoc ... negotium*	*desunt.*
—	21,	*ut*	autem.
—	25,	*adstricti*	effecti.
344,	24,	*orationum et*	*desunt.*
—	32,	*Herdintona*	Hundintona.
345,	11,	*postulavit*	petiit.
—	34,	*cautione*	canonice.
346,	7,	*Eboracenses*	Eboracensis ecclesiæ.
—	22,	*elegerunt*	postulaverunt.
—	30,	*sterlingorum*	sterlingorum. In fine autem soluto concilio extorsit papa de unoquoque prælato infinitam pecuniam, quam cum viaticis cogebantur ab usurariis suis mutuo duris conditionibus sumere.
—	31,	*Herdintona*	Hundintona.
—	37,	*Walterum ..promotum*	Simonem fratrem ejus cassatum, Walterum de Grai promotum.
347,	11,	*mitteretur*	mitteretur, juxta illud poeticum, 'Stricto supplicat esse [ense?] potens.'
—	—	*gratanter*	*deest.*
—	19,	*qui ... morabantur*	Londini morantium.
—	21,	*petiturus*	*deest.*
—	26,	*Falcasius.. Malo-leone*	Falcasius sine visceribus misericordiæ, Savaricus de Malo-leone belliger et cruentus.
—	28,	*Briwere*	Briwere martius et expertus.
—	29,	*cognomento ... præfuit*	Buck, sicarius et vir sanguinum, cum Flandrensibus et Brabantiis suis spurcissimis et ignobilibus, omni genere facinorum commendatis.

PAG.	LIN.		
348,	3,	*Johannes*	*addit* Paris., factus de rege tyrannus, immo de homine in bestialem prorumpens feritatem.
—	13,	*omnesque*	vastando omnes.
—	17,	*si forte . . . desolationem*	ad cumulum desolationis et malitiæ suæ.
—	20,	*inimicorum suorum*	*addit* Paris., si inimici sui appellandi sunt, qui eum ad mansuetudinem et justitiam mansuetam introducere voluerunt.
—	21,	*saltem*	*deest.*
—	23,	*sustentaret*	saginaret.
—	24,	*vel ætatis*	ætatis vel ordinis.
—	25,	*cœmeterium*	ecclesiam vel cœmeterium.
—	26,	*cogebantur*	*addit* Paris., secundum illud poeticum, 'Quicquid[1] delirant reges plectuntur Achivi.' Ira principum in pauperum innocentiam redundabat.
—	29,	*relinquentes*	*addit* Paris., et sibi salutique corporum consulentes.
—	30,	*supervenientibus*	*deest.*
349,	9,	*vitæ . . . laborarent*	victualia præcludere curarent.
—	12,	*rapinis*	*addit* Paris., exemplo Holofernis ducis exercitus Assyriorum.
—	17,	*impretiabilem*	inæstimabilem.

[1] *Quicquid.*] Horat. I. Ep. ii. 14.

PAG. LIN.

349, 19, *'Dominus dedit, Dominus abstulit,' et cætera . . . quarto nonas Decembris*

'Dominus dedit, Dominus abstulit; forti animo hæc sunt toleranda.' Et cum inter cætera abominabilia a rege perpetrata et suis spurcissimis complicibus, audierunt etiam uxores et filias suas ludibrio expositas, ingemiscentes dicebant, 'Hæc facit carissimus in Christo filius papæ, qui suum vasallum tam liberum et nobile regnum inaudita novitate subjugantem tuetur. Proh dolor! Qui mederi mundo languenti deberet, venenum manifeste in congregatione pauperum, quos debemus ecclesiam appellare, effundit. 'Tanto[1] conspectius in se crimen habet, quanto qui major habetur.' His et aliis verbis lamentabilibus ponentes os suum illicito modo conquerebantur. Eodem tempore Falcasius cepit municipium Willelmi Maudut de Hamslape, et prostravit quarto calendas Decembris. Eodem die capta est munitio de Tuneburge comitis de Clare a Roffensibus castellanis. Per idem tempus Falcasius ad castellum de Bedeford veniens a custodibus illud exegit, qui tandem septem dierum acceptis induciis, cum domino Willelmo de Bello-campo infra dies memoratos non haberent succursum, reddiderunt castellum Falcasio prædicto, quarto nonas Decembris. Rex autem nimis acceptans

[1] *Tanto.*] Juvenal. viii. 140.

tyrannidem Falcasii, fasque nefasque confundentis, dedit eidem castrum Bedeford et nobilem mulierem Margaretam de Ripariis in uxorem, cum omnibus possessionibus eam contingentibus, et terras multorum baronum Angliæ, ut omnium iram in se aggravando provocaret. Eodem anno consecrati sunt in episcopos Willelmus de Cornehull die Conversionis sancti Pauli in Cestrensem, magister Benedictus, præcentor sancti Pauli Londinensis, octavo calendas Martii in Roffensem, magister Richardus, decanus Saresburiensis, in Cicestrensem.

PAG. LIN.		
350, 11,	*illud . . . . etiam*	sibi reddi et.
351, 11,	*accumulando*	supponendo.
— 13,	*devorando . . . sacris vestibus emicantes, capiebantur*	vastando, quæque sibi obvia, Dominum et misericordiam de pauperibus postponendo, contrivit. Cooperuerunt enim sicut locustæ satellites Sathanæ, ministri diaboli, qui ad hoc erant etiam a remotioribus partibus congregati, faciem terræ. Sufficiebat ad causam mortis simplicibus incolis si aliquid habere credebantur; et qui nihil habebant, fateri habere cogebantur; et qui non habebat, habere, ut persolveret, pœnis exquisitis distringebatur. Discurrebant sicarii cæde humana cruentati, noctivagi, incendiarii, filii Belial, strictis ensibus, ut delerent a facie terræ, ab homine usque ad pecus, omnia humanis usibus necessaria; eductisque cultellis, villas, domos, cœmeteria, ecclesias per-

lustrabant, omnes spoliabant, ita quidem quod nec muliebri sexui nec parvulorum vel decrepitorum parcerent ætati. Et quod consumere non valebant, incendio tradebant, vel dispergentes inutile humanis usibus reddebant. Et quos nulla nota premebat, inimicos regis vocantes, ubicunque reperiebantur, raptim trahebantur in carcerem pœnalem, vinculis mancipati, et tandem ad gravissimam coacti redemptionem. Sacerdotes quoque ipsis altaribus astantes, signum sanctæ crucis manibus bajulantes, vel ipsum Dominicum corpus tractantes, sacris vestimentis venerabiles, altaribus astantes religione deferendi, irreverenter capiebantur.

PAG.	LIN.		
351,	32,	*genitalia*	secretiora.
352,	1,	*nomine*	charactere.
—	3,	*congelata.. compulerunt*	sub glacie assata corpora mergentes, ut quasi infernalibus pœnis transirent de calore nimio ad frigus nivium, animas vel exhalare vel vix trahere compulerunt.
—	5,	*miserabiliter*	miserabiliter constituti.
—	7,	*miseri, non fuit*	non erat.
—	9,	*exigebant.. contulissent*	quam non habebant patientes, exigebant, nec credebatur afflictis.
—	18,	*agebantur*	agebantur, nec tamen hoc sine multis perturbationibus.
—	—	*nec.. ausus erat*	*desunt.*
—	21,	*in villa ... parturientium*	Londinenses mulierum more puerperarum in puerperio jacentium.
—	23,	*insolitum*	insolitum gulæ irritamentum.

PAG. LIN.		
352, 24,	*tribueret*	generaret.
— 25,	*dormivit*	dormiendo pigritavit.
353, 16,	*et molendina*	molendina, pomeria.
— 22,	*præbuerunt*	*addit* Paris., ut qui non pessimus fuit, bonus videbatur, et qui non quantum potuit nocere non nocuit, prodesse videbatur. Deinde rex ira succensus vehementi apud partes Scotiæ tendebat cismarinas, et captis castris de Berewic et aliis, quæ videbantur inexpugnabilia, improperavit regi Alexandro, et quia erat rufus significavit ei, dicens, ‘Sic, sic fugabimus rubeam vulpeculam latibulis suis.’ Multam igitur ibidem stragem et exterminium exercuisset, nisi eundem necessitas magna dilationem non capiens revocasset.
— 31,	*subvertere*	subvertit.
— 33,	*redegit*	tenuit.
354, 3,	*sub hac forma*	*desunt.*
— 28,	*noverit*	sciat.
357, 4,	*Stutevilla*	Staneville.
— 28,	*potestas; itaque*	potestas. ‘Ut quid ad nos se extendit Romanorum insatiata cupiditas? Quid episcopis apostolicis, et militiæ nostræ? Ecce successores Constantini, et non Petri; non imitantur Petrum in meritis vel operibus, nec assimilandi sunt in potestate; justus enim est Deus in meritorum recompensatione.

Proh pudor ! marcidi ribaldi, qui de armis vel liberalitate minime norunt ; jam toti mundo propter excommunicationes suas volunt dominari, ignobiles usurarii et simoniales. O quantum dissimiles Petro, qui sibi Petri usurpant partem !' Sic igitur blasphemantes et recalcitrantes, ponentes os in cælum.

PAG.	LIN.		
358,	6,	*erat*	patebat.
—	11,	*ingressi*	ingressi, et pontes glacie faciente.
—	15,	*spoliationem*	spoliationem et irreverentem.
—	17,	*Dominus .. extractus*	Dominus etiam Stephanus, vir facetus et dapsilis et per omnia laudabilis, ab ecclesia violenter extractus, nobilis ab ignobilibus, pius ab impiis.
—	19,	*videlicet et*	*desunt.*
—	21,	*datis .... marcis, a*	quod est miserabile relatu, datis centum marcis, ab exquisito.
—	26,	*ad urbem Londoniarum*	vel latuerunt, vel Londinum.
—	29,	*deinde*	*deest.*
—	30,	*usibus ... cesserunt*	rapinis cesserunt, et nobiles et generosæ mulieres ludibrio exponebantur.
359,	5,	*sicut...apparet*	*desunt.*
—	9,	*tandem ... revocari*	maledicentes regis versutiam, tergiversationes, et infidelitatem, et dicentes suspiria geminando, ' Veh tibi Johannes, regum ultime, Anglorum principum abominatio, nobilitatis Anglicanæ confusio ! Heu ! Anglia jam vastata et amplius vastanda ! Heu ! Anglia, Anglia, om-

nibus bonis hactenus princeps provinciarum, facta es sub tributo; non tantum flammæ, fami, et ferro, sed servorum ignobilium et advenarum imperio subjecta et subpeditata, cum nihil infelicius quam servorum subjici servituti. Legimus quod multi alii reges, imo et reguli, usque ad mortem pro liberatione terræ suæ subjectæ dimicarunt; sed tu Johannes, lugubris memoriæ pro futuris seculis, ut terra tua ab antiquo libera ancillaret, excogitasti et operam impendisti, et ut alios tecum traheres in servitutem, quasi cauda serpentina medietatem stellarum a firmamento, teipsum primo depressisti. Factus de rege liberrimo tributarius, firmarius, et vasallus servitutis, terram nobilissimam chirographo servitutis æternæ obligasti, nunquam a compede servili liberandam nisi miseratus Ille, qui nos et totum mundum, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenuit, dignetur quandoque liberare. Et quid de te, papa? qui pater sanctitatis, speculum pietatis, tutor justitiæ, et custos veritatis toti mundo deberes lucere in exemplum; tali consentis, talem laudas et tueris? Sed hac causa exhaustorem pecuniæ Anglicanæ et exactorem nobilitatis Britannicæ tibi inclinantem defendis, ut in barathrum Romanæ avaritiæ omnia demergantur; sed hæc causa et excusatio est ante Deum, culpa et accusatio.' Et sic barones lachrymantes et lamentantes regem et papam maledixerunt, peccantes inexpiabiliter, cum scriptum sit, 'Principi non maledices;' et veritatem et reverentiam transgredientes, cum illustrem Johannem regem Angliæ servum asseruerunt, cum Deo servire, regnare sit. Tandem decretum est ut aliquem potentem in regem eligerent, per quem possint ad possessiones pristinas revocari; credentes quod nullus Johanne vel durior possit dominari, et tale miserabile statuentes argumentum,

'Fortuna[1] miserrima tuta [est],
Nam timor eventus deterioris abest.'

[1] *Fortuna.*] Ovid. Epp. ex Ponto, II. ii. 31.

PAG.	LIN.		
359,	22,	*transmarino*	destitueretur.
—	23,	*imbellis ... licet*	imbellis, et faciens de necessitate virtutem, salubrioribus obtemperaret consiliis. Cumque communiter hæc.
—	25,	*videlicet*	scilicet dominum.
360,	23,	*Arraz*	Atrebato.
—	29,	*ad urbem ... pervenerunt*	Londinum venientes recepti sunt.
361,	6,	*gravius*	*deest.*
—	34,	*habemus... et constantem*	habentes ... constiterit.
362,	8,	*Omero ... et omnibus illis*	Audomaro cum suis sociis.
363,	20,	*ludum*	ludum, quod hastiludium vel torneamentum dicitur.
—	25,	*Essexiæ*	*deest.*
364,	7,	*et diligeret*	defenderet et diligeret.
—	18,	*non*	nunquam.
—	22,	*dixit, quod*	*desunt.*
365,	18,	*Lodowicus*	*deest.*
367,	27,	*angustiam*	*addit* Paris., mente, voluntate, et adjutorio consensit, sed prævidens futurorum eventuum pericula palam assensum non adhibuit, et sic non quasi volendo vel persuadendo, sed quasi permittendo.
368,	22,	*subjugavit*	subjugavit, et iter versus Londinum dirigens castrum Roffense in suam recepit potestatem.

PAG. LIN.

369, 6, *hæreditates* *addit* Paris., et postea in brevi, id est decimo octavo kalendas Julii, se ad ulteriora terræ transferens totam circumjacentem provinciam sine difficultate sibi continuo subjugavit.

371, 1, *castello* castello civitatis et castro episcopi.

— 5, *se conferens* veniens.

— 14, *in obsidione octo* quindecim.

372, 35, *semper habuimus spem* secure enim semper habuimus.

374, 10, *Arthurum* *addit* Paris., Hujus autem negotii veritas talis est: Revera non fuit rex Johannes juste vel rite abjudicatus a Normannia; quia idem rex non judicialiter sed violenter spoliatus misit propter restitutionem regi Francorum Philippo nuntios solemnes et prudentes, videlicet, Eustachium, episcopum Elyensem, et Hubertum de Burgo, viros disertos et facundos, significans ei quod libenter veniret ad curiam suam juri per omnia super illa repariturus ac responsurus, sed ut provideretur ei salvus conductus. Et respondit rex Philippus, sed non sereno vultu vel corde, ‘Libenter. In pace salvus veniat.’ Et episcopus, ‘Domine, et redeat?’ Et rex, ‘Ita sit, si parium suorum judicium hoc permittat.’ Et cum supplicassent omnes nuntii

regis Angliæ ut liceret ei salvo venire et redire, rex Franciæ iratus cum juramento solito respondit, 'Per sanctos Franciæ, nonnisi mediante judicio.' Et cum adderet episcopus pericula quæ possent contingere per adventum ejus, ait, 'Domine rex, non posset dux Normanniæ ad curiam vestram venire nisi veniret rex Angliæ, cum una persona sint dux et rex, quod non permitteret aliquo modo barnagium Angliæ, etsi ipse rex hoc vellet; imminerent enim pericula, ut nostis, capturæ vel cædis.' Cui respondens rex dixit, 'Et quid hoc, domine episcope? Bene scitur quod dux Normanniæ, qui tenens meus est, Angliam sibi adquisivit violenter. Et si subdito aliquid accrescit in honorem, perdetne per hoc dominus capitalis? absit.' Ad quod cum nuntii nihil poterant rationabiliter respondere, redierunt ad dominum regem Angliæ, quæ audierant et viderant nuntiantes. Rex autem noluit se committere dubiis casibus et judiciis Francorum, qui eum non diligebant; maxime cum timeret ut ei de turpissima morte Arthuri objiceretur, juxta illud Horatii:

'Quia[1] me vestigia terrent
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.'

Magnates autem Franciæ nihilominus processerunt in judicium, quod rite non debuerunt facere; ex quo judicandus abfuit, qui adesse voluit si posset. Unde, si rex Johannes abjudicatus fuerit per adversarios suos, non rite abjudicabatur.—Omitted in *C.*

PAG.	LIN.		
377,	8,	*moverit bellum*	tanquam vasallus ejus.
378,	30,	*Walonis*	*C.* and *B.* insert here, 'Una autem dierum Ludovicus, credens flectere fidelitatem Huberti de Burgo et

[1] *Quia.*] I. Epp. i. 74.

constantiam per avaritiam, significavit ei quod voluit parlamentum habere pacificum cum eo; quod cum concessisset Hubertus, misit Ludovicus nuntios solennes ad eum, videlicet ad posticum, qui ad hoc competen[te]s videba[n]tur. Missi sunt igitur ad eum comes Saresberiensis, Willelmus scilicet Longa-spata, qui secum ad cautelam Thomam de Burgo, fratrem scilicet prædicti Huberti, qui captivus erat Lodowici, captus videlicet in castro Norwici, et tres de nobilioribus Francorum. Hubertus autem veniens ad posticum duxit secum quinque arcubalistarios cum balistis suis extentis, spiculis adaptatis, ut si opus esset non parcerent inimicis. Et ait comes Willelmus, 'O Huberte, non te latet, ut credo, mors regis Johannis quondam domini nostri, nec conditio juramenti domini Ludovici, qui incommutabiliter juravit, quod, cum castrum hoc violenter occupaverit, omnes in eo inventi suspendio peribunt. Consule tibi et honori tuo. Non poteris diu hoc castrum tenere; fortitudo domini Ludovici crescit diatim, fortitudo domini regis decrescit manifeste efficaci insultu et quotidiano; vel saltem inedia peribis nisi sapias et consiliis acquiescas, vides enim quod spes succursus evanuit. Redde igitur castrum hoc sine moræ dispendio et aliqua difficultate domino Lodowico, nec notaberis de infidelitate cum non possis illud amplius tenere; vides quod certatim ad fidelitatem ejus confluunt.' Thomas autem cum lachrymis dixit insuper eidem Huberto, 'O frater carissime, miserere tui et mei et omnium nostrum acquiescendo horum consiliis; sic enim omnes a confusione imminenti poterimus liberari.' Et addidit adhuc comes, 'O Huberte, acquiesce consilio nostro et voluntati domini Ludovici, et dabit tibi jure hæreditario Norfolchiam et Suthfolchiam, et eris primus inter amicos ejus et consiliarios; sin autem, iste Thomas frater tuus suspendetur, et tu non leviora in brevi patieris.' Cui Hubertus, 'O comes, proditor nequam, etsi mortuus sit rex Johannes dominus noster ac frater tuus, hæredes habet nepotem tuum, cui

etsi omnes deessent, tu, qui patruus ejus es, non debes ei deesse, immo ei alter pater esse; quid degener et inique talia loqueris?' et respiciens eum torvo oculo et in vocem crudeliorem erumpens ait, 'Ne loquaris amplius unicum verbum, quia, per lanceam Dei, si amplius os ad loquendum aperias, vos omnes pluribus spiculis perforabimini, nec parcam fratri meo.' Comes igitur et qui cum eo erant videntes eorum mortem in ictu oculi imminere, quia balistarii prompti erant trahere, statim recesserunt, læti quod vivi et indemnes recesserunt. Quod cum audisset Lodowicus vehementer, licet dolens et iratus, constantiam Huberti collaudavit.'

PAG.	LIN.	
379,	1, *imposuit*	*addit* Paris., Thomamque, qui in illo fuit castellanus de Burgo, id est fratrem Hugonis de Burgo, fugientem comprehendit.
380,	4, *Lodowicus*	Lodowicus reprehensus a patre tanquam nescius guerræ, eo quod relicto castro Dovere progrederetur.
—	10, *strenuus*	strenuus et fidelis.
381,	8, *qui ... applicatis*	Instabant autem Franci, qui machinas ad castrum applicantes.
—	17, *messis*	unius mensis.
382,	5, *sub captione*	circumstipando.
383,	6, *cerebro ... perforato*	cerebrato jam capite.
—	9, *rex*	rex et sui magnates.
—	23, *quæ*	quot.
384,	12, *ex eis*	igitur eorum.
—	20, *contrivit*	contrivit. Veniens autem per Burgum et Croilandiam ipsam eccle-

siam deprædatus est, et per Savaricum de Maloleone et alios nefarios complices suos ibidem scelera inaudita perpetravit. Deinde per maneria abbatis de Croiland transiens, omnes segetes ejus, sicut erant in fine autumni congestæ, in favillas redegit.—Added in *B.* by Paris himself.

PAG. LIN.		
385, 28,	*cum ... dimidio*	*desunt.*
386, 7,	*potuit*	potuit, vocabant enim eum fata sua. Abbas igitur canonicorum Crokestoniæ peritissimus in medicinis, qui medicus regis tunc temporis exstiterat, facta anatomia de corpore regio ut honestius portaretur, viscera copioso sale conspersa, in sua domo transportata, honorifice fecit sepeliri. Cum autem regnasset rex Johannes annis octodecim, mensibus quinque, diebus autem quatuor, ab hac vita, post hujus seculi multas perturbationes et labores inutiles, in multa mentis amaritudine subtractus transmigravit, nihil terræ, imo nec seipsum possidens. Sperandum est autem et certissime confidendum, quod quædam bona opera, quæ fecit in hac vita, allegabunt pro eo ante tribunal Jesu Christi; construxit enim abbatiam Cisterciensis ordinis de Bello-loco, et moriturus domui de Crokestuna decem librarum terram contulit opulentam.
—	11, *tumultum*	*addit* Paris., Et cui connexa dum vixit probra manebant.

PAG. LIN.

386, 15, *Regnavit .. quatuor* Quidam autem versificator, sed reprobus, de eodem ait,

'Anglia sicut adhuc sordet fœtore Johannis,
Sordida fœdatur, fœdante Johanne, gehenna.'

Sed quia periculosum est in eum scribere, qui de facili potest proscribere, non est meum, quia non est tutum, ejus infinita reprehensibilia vitia redarguere, prout poeta ait Juvenalis;

'Experiar,[1] quid concedatur in illis,
Quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.'

---

[1] *Experiar.*] Sat. i. 162.

TOM. IV.

PAG.	LIN.		
1,	8,	*Wintoniensis*	*addit* Paris., Jocelinus Bathoniensis.
–	15,	*coronarent*	exaltarent.
2,	4,	*coronandum*	acclamando.
–	7,	*reliquiis*	*addit* Paris., dictante juramentum Jocelino Bathoniensi.
–	20,	*Petrus, Wintoniensis . . . in coronatione*	Petrus Wintoniensis et Johannes Bathoniensis episcopi ipsum in regem ungentes coronaverunt solemniter cum canticis et modulationibus, quæ in coronationibus.
3,	28,	*lætitia magna*	fallax lætitia.
5,	17,	*marcarum*	marcarum numerando.
–	18,	*Lafort*	Ledfort.
–	28,	*solliciti . . . de castello*	solliciti, inter quos erat quidam serviens strenuus, audax, et astutus, Andreas Dingas nomine, cujus astutia, fortitudo, ac audacia quantociens in quamplurimis locis fuerat experta a Ludovico et commilitonibus suis, et a toto exercitu nimis commendabatur. Exierunt tunc de castro.
–	30,	*baronum*	baronum Angliæ.
6,	6,	*præmunitis . . . redire*	præmonitis, compulsi sunt redire et sese in propria sua receptacula properanter recipere.

PAG. LIN.

6, 7, *Cumque dies ... non cessabant; quibus* Dum vero fortunalis alea statum regni Angliæ talibus turbinibus exagitaret, dominus papa Innocentius, quem vacillantis ecclesiæ cura sollicitabat, effigiem vultus Domini, quæ Veronica dicitur, ut moris est, de ecclesia sancti Petri versus hospitale Sancti Spiritus reverenter cum processione bajulabat. Qua peracta, ipsa effigies, dum in locum suum apportaretur, se per se gyrabat ut verso staret ordine, ita scilicet, ut frons inferius, barba superius locaretur. Quod nimis abhorrens dominus papa, credidit illud in triste sibi præsagium evenisse, et ut plenius Deo reconciliaretur, consilio fratrum, in honorem ipsius effigiei, quæ Veronica dicitur, quandam orationem composuit elegantem, cui adjecit quendam psalmum, cum quibusdam versiculis, et eadem dicentibus decem dierum concessit indulgentiam, ita scilicet, ut quotiescunque repetatur, toties dicenti tantundem indulgentiæ [1]concedatur.

Præsentem autem historiam prosequentes referamus quid Lodovicenses tunc temporis, spreto Dei

---

[1] *Concedatur.*] *C.* adds here, 'Multi igitur eandem orationem cum pertinentiis memoriæ commendarunt, et, ut eos major accenderet devotio, picturis effigiarunt, hoc modo. [Ibi spatium in pergamena relinquitur pro pictura, post quod spatium iterum sequitur.] Signatum est super nos lumen vultus tui. Dominus ded. Deus misereatur nostri, et cætera. Gloria. Kyrie eleeson. Kyrie eleeson. Kyrie eleeson. Pater noster. Et mea. Fac mecum signum in bonum, ut videam. Tibi dixit. Cor mundum. fa. m. fac. t. Dominus. Resp. Quærite Dominum et confirmamini. Qui fa. e. s. t. Ora pro

timore et hominum reverentia, egerint. Discurrebant autem per villas vicinas, ab innocentibus pecuniam extorquendo. Sed eisdem debacchantibus.

PAG.	LIN.	
7,	19, *Recordanam*	fluvium Jordanem.
–	26, *tunc*	tempore.
–	27, *aciebus*	a diebus.
9,	27, *commotam et pluviis*	et pluviis incommodam.
10,	12, *quem abjecerant*	a quo abierant.
—	26, *pessimus*	*deest.*
11,	13, *damnosis*	*addit* Paris., et captivis tractis.
—	— *captivis*	*deest.*
—	19, *latebant*	*addit* Paris., Postea vero quadam nocte per visum accepit idem Falcasius, quod de turri sancti Albani quoddam immane saxum in modum fulguris in eum irruens eundem in pulverem contrivit ; qua perterritus visione et expergefactus uxori suæ visionem enarravit. Ipsa autem eum hortabatur, persuadens quasi virum, dominum, et amicum devotissime, quatenus se beato Albano, quem merito offenderat, satisfactione congrua reconciliaret ; intelli-

nobis, beata Veronica. V. d. ef. pro Christo. Domine exaudi orationem meam. Domine Deus virtutum converte nos, et os. f. t. et s. e. Oremus; Deus, qui nobis signans lumine vultus tui memoriale tuum ad instantiam Veronicæ sudario impressam imaginem relinquere voluisti, per passionem et crucem tuam tribue nobis, quæsumus, ut ita nunc in terris per speculum in ænigmate ipsam adorare et venerari valeamus, ut te tunc facie ad faciem venientem super nos judicem securi videamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui vivis, et cætera.'

gens hoc esse indicium ultionis perpetrati facinoris. Adquievit autem, sed vix, Falcasius, juxta illud apostoli, ‘Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem.’ Postea, ut uxorem suam non offenderet, venit apud sanctum Albanum et intravit capitulum, et spoliatus, tenens virgam, petiit et obtinuit absolutionem, osculans singulos monachos, quasi sic omnes placasset; nihil tamen de ablatis restituens, vel de injuria satisfaciens pauperibus Christi. Steterunt autem fideles Christi ad ostium capituli, sperantes in aliquo saltem restaurari; quos visos sprevit et pertransiit exspectantes, nescius illius propheticæ comminationis ultionem, quam reservavit ei, conquerente beato Albano, Deus ultionum Dominus, ‘Veh qui prædaris, quia prædaberis.’ Quod in fine didicit experimento, sicut sequens historia luculenter declarabit.

PAG.	LIN.	
12,	10, *mutilavit*	labefactavit.
—	14, *reges . . . . extremum*	*desunt.*
14,	1, *suspensam*	suspensi.
—	10, *exstitit coronatus*	coronatus est.
—	13, *trabes ex adverso*	lignum trabis ex adverso alterius.
—	15, *multa . . . millia*	plurimi homines.
—	30, *viri*	*deest.*
15,	13, *militiæ*	*deest.*
—	25, *diro*	*addit* Paris., et excogitato.
—	27, *cujus abbas . . rapiebant*	quæ paulo ante Ludovico satisfecerat, prædonum manus vix evasit; sed eam vacuam omni genere cibariorum et poculorum dimiserunt, quam omni redundantem invenerunt.

PAG.	LIN.		
16,	3,	*Amphibali*	*addit* Paris., magistri beati Albani.
—	4,	*sitam*	*addit* Paris., ubi, Domino cooperante, innumerabilia miracula celebrantur.
17,	22,	*pervenissent*	*addit* Paris., et obsidionem dissolvissent.
—	30,	*erant*	superfluens erant.
—	31,	*vigebat*	erat.
—	33,	*unde .... concessit*	quibus pudenda natesve tegerent eis minime facultas administraverit.
19,	7,	*Cantelo*	Cantellupo.
—	8,	*in opere illo laudabilis*	*desunt.*
—	11,	*expertis*	exercitis.
—	15,	*sua corpora*	sese.
—	18,	*provocati*	parati.
—	25,	*qui ei adhæserant*	ei adhærentium.
20,	13,	*antequam ...venirent*	ante adventum suum.
—	33,	*circumstantia*	ordinem.
21,	1,	*obviam eis*	contra eos obviam illis.
—	3,	*illos ut*	sicut.
22,	7,	*aperirent*	patefacerent.
—	17,	*maximam*	*deest.*
—	18,	*effecerunt*	prostraverunt.
—	25,	*liberatus est*	liberatus est et ad suos reductus.
—	30,	*tonitrui... galeata*	tonitrus vel terræ motus totam terram reboare ex congressu confligentium.
—	31,	*balistarios*	regales.

PAG.	LIN.		
23,	4,	*undique*	undique ; et versum est in eum pondus belli.
—	7,	*quatenus... potuisset*	ut . . . posset.
—	8,	*non ...Anglis*	Anglico alicui nequaquam redderet.
—	10,	*in eum . . . non edidit*	de regalibus et per ocularium galeæ caput ejus perforando cerebrum effudit, et merito, quia per cerebrum dictus sæpe pejeravit; et corruens in terram nec Deum invocavit nec etiam verbum ultra non edidit, sed in summo rancore et superbia ad inferos peregrinavit.
—	13,	*phalanges*	*deest.*
—	17,	*illius portæ*	*desunt.*
—	19,	*exire voluit*	et festinus nimis exire voluisset.
—	25,	*regis*	*addit* Paris., fracta eorum superbia.
—	26,	*tamen*	*deest.*
—	27,	*et carnis*	*addit* Paris., qui se manifestat in articulo necessitatis.
—	28,	*evasisset... protraham*	evasisset quin per gulas universi caperentur. Quid plura?
—	34,	*ibi .... in æternum*	pro pertinaci superbia sua ibi remansit in hodiernum usque diem.
24,	6,	*Chainedut*	Cheinduit.
—	8,	*trecenti*	quadringenti.
—	14,	*deCrocstune*	Crokesdensem.
—	15,	*præterea*	etiam.
—	30,	*armariis*	almariolis.
—	32,	*omnis*	diversi.
25,	6,	*Angliæ*	vasalli ejus.

PAG.	LIN.		
25,	7,	*motæ*	*addit* Paris., Fuit autem illis pro causa sufficienti aliquid haberi quod auferri possit, sicut consuetudo est Romanis, de levi causas adinvenire ubi materia prædæ subjacet malignantibus.
—	11,	*domatis*	domus.
—	12,	*omnes*	*deest.*
—	23,	*scandalum*	scandalum et ludibrium.
—	24,	*parvas*	parvas et fragiles.
—	27,	*in flumine*	*desunt.*
—	29,	*ideo .... naves*	matronæ.
—	31,	*impetus ... ministrare*	*desunt.*
26,	15,	*universis*	innumeris.
—	24,	*respondens*	*deest.*
—	34,	*usque ad virum*	esset usque ad unum.
27,	25,	*victualium*	utensilium.
—	32,	*constitutum*	*addit* Paris., Rex autem Franciæ cum hæc audisset ait, 'Nonne adhuc vivit Willelmus Mareschallus?' Et dictum est 'Immo.' Et rex, 'Non ergo timeo de filio meo.' Unde Willelmus Mareschallus post hæc semper notatus fuit de proditione.
28,	19,	*et piratæ nequissimo*	*desunt.*
—	28,	*recensitæ sunt*	recensentes.
—	29,	*quapropter*	magnas, et plures de minoribus, et galeis armatis.

PAG.	LIN.		
28,	32,	*excesserunt*	*addit* Paris., computatis omnibus.
29,	1,	*viriliter*	viriliter, licet non utiliter.
—	4,	*nimiam*	innumeram.
—	15,	*navali*	marino.
—	16,	*lanceis*	lanceis perfodiebantur, cultellis.
—	—	*truncabantur*	trucidabantur.
—	17,	*nec . . . . . evadendi*	calce cæcabantur, spes auxilii et succursus penitus evacuabatur, fuga non patebat.
—	18,	*unde*	unde multi.
—	21,	*ab Angligenis subjugari*	arbitrio et voluntate adversariorum tractari, secundum illud Senecæ, 'Arbitrio inimici mori est bis mori.'
—	29,	*malefatatos*	infelices.
—	30,	*fundo*	fundo et sentina.
—	31,	*sed . . . repertus*	et multum desideratus.
—	35,	*magnam*	inæstimabilem.
30,	10,	*humanis*	humanis disponendis.
—	13,	*irrogato*	*C.* inserts here, 'Cum autem Hubertus de Burgo de adventu tam formidabili certificaretur, dixit episcopo Wintoniensi et Marescallo et aliis magnatibus, 'Si hæc gens indemnis Angliam ingrediatur, proculdubio amittitur. Occurramus igitur animose eis, quia nobiscum est Deus, quando autem excommunicantur.' Cui responderunt, 'Non sumus milites maris, non piratæ, non piscatores, vade autem tu mori.' Divertens igitur parum a loco Hubertus, vocato clam ca-

pellano suo Luca, festinanter se viatico salutari præmunivit, et induens audaciam leoninam ait specialioribus suis, quibus castrum Doveræ commiserat custodiendum, ‘Obtestor per sanguinem Christi, si forte capiar, ante permittatis me suspendi quam alicui Franco castrum reddatis, clavis enim Angliæ est.’ Ipsi autem flentes, fide interposita et præstito juramento, hoc illi concesserunt. Acceptis igitur secum præelectis militibus, videlicet Henrico de Turbevilla et Richardo Suard, cum quibusdam aliis sed paucis, optimam navem intravit, habens secum quosdam de quinque portubus maris peritos. Erant autem nutui suo deditæ circiter decimas sextas [sedecim] naves bene communitæ, sine naviculis comitantibus, quæ ad viginti sunt recensitæ. Perrexerunt igitur audacter, obliquando tamen dracenam, id est, loof, [luff,] acsi vellent adire Calesiam. Quod cum vidisset Eustachius monachus, dux Francorum, ait, ‘Scio quod hii miseri cogitant Calesiam quasi latrunculi invadere, sed frustra, bene enim præmuniuntur.’ Et ecce Angli subito cum comperissent ventum exhausisse, versa dracena ex transverso, vento jam eis secundo, irruerunt in hostes alacriter; et cum attigissent puppes adversariorum, uncis injectis attraxerunt eas ad se, et intrantes quantocius securibus præacutis præciderunt rudentes et antennas malum supportantes, et cecidit velum expansum super Francos ad instar retis super aviculas irretitas, et nobilioribus parcendo incarcerandis in frusta cæteros detruncabant. Inter quos Eustachium, qui se defiguraverat, quem etiam in sentina invenerunt latitantem, extraxerunt et decollaverunt. Erat autem ille natione Flandrensis, qui pro hæreditate prosequenda, fratribus suis sine liberis præmortuis, relicto habitu et ordine suo apostataverat, et existens pirata et piratarum magister multis damnosus fuit et cruentus, sed tandem prædo præda factus fructus collegit viarum suarum. Cum autem Hubertus victor miraculosus ad litus lætus pervenisset, perrexerunt ei obviam et suis convictoribus

omnes episcopi qui erant cum militia et populo, sacris induti vestibus, cum crucibus et vexillis, cantantes solenniter et Deum collaudantes.'

PAG.	LIN.		
30,	29,	*desiderabant*	*addit* Paris., pro corona Franciæ, quam etiam læsi et irati non possunt odisse.
—	33,	*recessum; sin autem*	recessum ac conductum, cum multi tamen huic misericordiæ essent toto et avido conamine contradictores manifesti; sin minus.
31,	1,	*quod licuit eis*	*desunt.*
—	2,	*inutile*	*deest.*
—	9,	*Thamisiæ*	*addit* Paris., in quadam insula.
—	11,	*comitibus ac*	*desunt.*
—	27,	*transmarinis*	*addit* Paris., et cum rex foret, ipse in pace dimitteret.
32,	3,	*barones*	*addit* Paris., Nec nocumentum vel opprobrium objiceretur hinc vel inde his qui huic vel alii adhæsissent.
33,	22,	*ut ... multis ex*	metens quod non seminavit, ut ex multis.
34,	16,	*infideles*	illam infidelium multitudinem.
—	29,	*manus*	prurientes manus.
35,	21,	*eos ... insequeretur*	eis castellum ingredientibus instaret.
—	26,	*dissolvere laborarent*	dissiparent.
36,	19,	*aliquantulum turgescente*	provehente.

PAG.	LIN.		
37,	6,	*qui ... conjecturam*	et e converso.
—	8,	*conjecturam*	*addit* Paris., Circa illa tempora papa Honorius, regi desiderans incrementum in virtutes, scripsit ei in hæc verba; ‘ Honorius, regi Anglorum. Cum te tanquam ecclesiæ Romanæ filium specialem sincero diligentes affectu cupiamus ut apud Deum et homines proficias sapientia et ætate, libenter salubribus monitis præmunimus, quæ tanto altius cordi tuo debent infigi, quanto ex majori nostræ mentis affectione procedunt. Quia igitur timor Domini est fons vitæ, qui se potatos a peccato præservans erudit salutem, præstansque fiduciam fortitudinis, quos afficit reddit ab hostibus mentis et corporis tutiores, serenitatem regiam monemus et hortamur attente, quatenus ab adolescentia tua timori Domini assuescens in eo teneas te instanter, teque a vitiis continens virtutibus imbui satagas studiose, sponsamque Christi ecclesiam, et ministros ipsius, in quibus idem honorari et sperni se asserit, humiliter venereris; ut de gratia in gratiam, et de virtute proficiens in virtutem, subjectum tibi populum in pulchritudine pacis et requie opulenta gubernes, et dies super dies regis adjiciens Dominus annos multiplicet vitæ tuæ, tandemque de terreno et transitorio te ad regnum cæleste

provehat et æternum. Et quia mores solent a convictu formari, familiares habere studeas providos et honestos, qui, salutem et honorem tuum sincere zelantes, ea tibi fideliter consulant, quæ Deo et hominibus debeant complacere.'

PAG.	LIN.		
37,	10,	*His ita gestis*	Interea temporis.
—	25,	*turris*	terra.
—	27,	*Crucifixi*	Christi.
—	30,	*circumfluentis importunitatem*	circumfluenta.
38,	13,	*sed . . . levavit*	quorum animas pium est credere in cælum sublevari.
—	28,	*fecerunt*	intulerunt.
—	32,	*detrimenta*	*addit* Paris., Tunc etiam obiit lantgravius Thuringiæ, vir scilicet S. Elizabeth.
—	35,	*Domino demonstrante*	necessitate industriam docente.
—	36,	*eo donante*	*desunt.*
39,	3,	*et socia . . . prohibentes*	*desunt.*
—	8,	*collocantes*	*deest.*
—	9,	*per . . Græcum*	*desunt.*
—	34,	*excrevisset*	inundasset.
40,	4,	*latus*	littus.
—	20,	*laborantibus*	*deest.*
41,	11,	*quo*	tale quali.
—	35,	*utrumque*	interim.

PAG.	LIN.		
42,	2,	*sabbati*	*deest.*
43,	2,	*verbum ... discredunt*	verum quoque asserunt eum ad cælum ascendisse.
44,	3,	*confusione*	periculo.
—	12,	*Hervæus*	Henricus.
46,	5,	*evaserunt*	*C.* inserts, ‘ Eodem anno dedicata est ecclesia sanctæ Mariæ Wigorniæ, et corpus gloriosi episcopi Wlstani, præsentibus episcopis et magnatibus, quos dinumerare longum esset, translatum est uno et eodem die, septimo idus Junii, litera Dominicali G., videlicet die Jovis in septimana Pentecostes, præsidente eidem ecclesiæ Silvestro episcopo, aliquando priore, ejusdem ecclesiæ monacho, et divisæ sunt reliquiæ ut magis sanctus venerabilis haberetur. Collata est ecclesiæ costa una, quam reverenter auro et argento abbas ecclesiæ sancti Albani Willelmus collocavit. Gualo recessit ab Anglia, tendens Romam, circa festum sancti Andreæ. Pandulfus, Norwicensis electus, successit ei in legationem. Rex Henricus tertius proprium sigillum regium obtinuit.’
—	6,	*apostolicæ sedis*	*desunt.*
—	14,	*ejusdem civitatis*	*desunt.*
—	17,	*post ... remansit*	et Londini apud Novum Templum honorifice tumulatur, scilicet, in ecclesia, in Ascensionis die, videlicet

decimo septimo calendas Aprilis; post cujus mortem memoratus rex in custodia Petri, Wintoniensis episcopi, remansit. Epitaphium autem prædicti Willelmi tale fertur;

'Sum quem Saturnum sibi sensit Hybernia, Solem
Anglia, Mercurium Normannia, Gallia Martem.'

Fuit enim Hybernorum nocivus edomitor, Anglis honor et gloria, Normannis negotiator, qui in ea multa comparavit, Gallicis bellicosus et miles invincibilis. Hoc quoque anno facta est amicabilis compositio inter ecclesiam Lincolniensem et ecclesiam sancti Albani super vicaria de Luitona, tempore Hugonis, Lincolniensis episcopi, scilicet secundi, et Willelmi abbatis sancti Albani. Quæ compositio plenius scribitur in libro Additamentorum.

PAG.	LIN.		
47,	12,	*valerent*	potuissent.
—	29,	*pauciores quam*	circiter.
49,	20,	*præduces*	prævii.
51,	4,	*intrepide*	*deest.*
—	6,	*benedicentes*	orantes.
—	26,	*fossatum*	contra fossatum et.
—	30,	*seculares*	*deest.*
53,	6,	*castris*	*deest.*
55,	32,	*sperantes in se*	*C.* inserts here, 'Ipsis diebus signipotentissima sancta Elizabeth, regis Hungariæ filia, landegravii Thuringiæ sponsa, miraculis et vitæ sanctitate supra sexum muliebrem floruit in Alemannia; cujus hortatu vir suus landegravius, nomine Ludowicus, crucem suscepit et apud Damietam obiit, sanctis-

simæ precibus uxoris suæ cælo receptus. Post cujus obitum sancta Elizabeth jam vidua habitum religionis de manu magistri Cunradi viri sanctissimi suscepit, et adeo de virtute in virtutem ascendit, ut ante et post obitum ejus tota Alemannia ejus virtutibus et fama illustraretur. Et sciendum quod illa Elizabeth filia fuit illius reginæ de qua per Innocentium papam interpretata est in melius hæc locutio amphibologica cum de communi consensu accusaretur quidam, ‘ Reginam interficere nolite, timere bonum est; etsi omnes consenserint, ego non; contradico.’ In qua locutione hæc fuit accusantis intentio, ‘ Reginam interficere nolite timere; bonum est; et, si omnes consentierint, ego non contradico.’ Et sic per propitium interpretem intervenientibus muneribus liberatus est accusatus.’

PAG.	LIN.		
56,	29,	*poterat*	permisit.
57,	7,	*angaria*	angustia.
59,	18,	*nimios*	vivos.
60,	30,	*fidei Trinitatis*	fidei Christianæ et sanctæ Trinitatis.
61,	8,	*Gersen, ut conjicere*	Geshen, ut convertere.
62,	23,	*repatriavit*	*addit* Paris., Obiit autem hoc anno Hugo de Maneport, episcopus Herefordensis, circa Pascha, cui successit Hugo Foliot et consecratur Cantuariæ in festo Omnium Sanctorum.
63,	28,	*Cantuariam*	Westmonasterium.
—	29,	*ejusdem civitatis*	Cantuariensi.
64,	7,	*sororem*	Johannam sororem.

PAG.	LIN.		
64,	9,	*remeavit*	*addit* Paris., Eodem anno consecratus est in Elyensem episcopum Johannes, abbas de Fontibus, apud Westmonasterium in crastino SS. Perpetuæ et Felicitatis.
—	12,	*anno*	*addit* Paris., et die.
65,	15,	*in eis*	*addit* Paris., Sabbato autem in vigilia Pentecostes incœptum est novum opus capellæ beatæ Virginis apud Westmonasterium, rege Henrico existente fundatore et primum lapidem operis in fundamento ponente.
66,	9,	*decertare*	*addit* Paris., Hoc anno obierunt Henricus de Boum comes Hertfordiæ, Saerus de Quinci comes Wintoniensis.
67,	10,	*adhibens*	applicans.
—	27,	*sexto*	octavo; *C.*
—	32,	*Walone*	Pandulpho.
68,	31,	*extraxissent*	*addit* Paris., et usque ad sanguinis effusionem flagellassent.
71,	2,	*recusationes*	refutationes.
—	26,	*Loelinus*	Ludovicus.
72,	21,	*concessis*	concedentibus.
—	25,	*Per ... terræ sanctæ*	Inter has mundi volubilitates, hos de Terra Sancta aure patula rumores a fide dignis occidentales didicerunt.
73,	28,	*et ... constituerunt*	per aliquod tempus magnum.
—	34,	*magnum tenere*	retinere.

PAG. LIN.

73, 35, *prædictas.. Christiano* prædictam Saracenorum multitudinem Christianis.

75, 5, *Octobris* *addit* Paris., Ipso quoque anno Willelmus, de sanctæ Mariæ ecclesia Londinensis episcopus, resignavit sponte episcopatum suum in crastino conversionis sancti Pauli. Eustachius de Faucumberge, tunc scaccarii thesaurarius, quinto calendas Martii in episcopum Londinensem eligitur; cujus electio a legato Pandulpho confirmatur, et septimo calendas Maii apud Westmonasterium consecratur. Anno eodem cessavit legatio Pandulphi, ipso Romam revertente. Henricus rex dedit Alexandro, regi Scotiæ, Johannam sororem suam seniorem in uxorem, quæ desponsata fuit in crastino sancti Johannis Baptistæ apud Eboracum, et præsentibus ipsis regibus sunt nuptiæ solemniter celebratæ; Hubertus quoque de Burgo sororem dicti regis Scotiæ in ipsa civitate Eboracensi duxit in uxorem. Ipso quoque anno obiit Willelmus de Albeneio, comes de Arundel, in partibus transmarinis, a Damiata rediens; cujus corpus per Thomam monachum de sancto Albano in Angliam transportatur, apud Wimundham sancti Albani prioratum, cujus ipse comes patronus fuerat, tumulandum. Eustachius, Londinensis episcopus, petiit ab abbate Willelmo et conventu Westmonasteriensi processionem,

procurationem, visitationem, et omnimodam jurisdictionem; propter quæ ad papam fuit appellatum.

PAG.	LIN.		
76,	2,	*Balvariæ*	Bavariæ.
77,	26,	*Christianæ*	*addit* Paris., et non segnitie ibidem pigritare.
79,	29,	*Valete*	*addit* Paris., Hoc anno comprehensus fuit quidam, paucis diebus ante concilium celebratum Cantuariæ a magistro Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, habens in corpore et membris, scilicet in latere, manibus, et pedibus, quinque vulnera Crucifixi; et in dicto concilio simul cum eo, utriusque sexus, scilicet hermaphroditus, ejusdem erroris quo prior obcæcatus, fuit cum suo complice præsentatus; super quo convicti et publice confessi judicio ecclesiæ puniti fuerunt. Similiter et quidam apostata Judæus, factus ex Christiano diaconus, qui similiter est judicialiter punitus, quem Falco statim arreptum suspendi fecit. Eodemque anno obiit Hugo de Nevilla, qui in tota juventute sua tempore regis Richardi de familia speciali ejusdem regis exstiterat. Inter cætera suæ probitatis et audaciæ insignia, in Terra sancta leonem interfecit, qui prius sagittatus in pectore et postea gladio transverberatus eliquato sanguine exspiravit; unde versus,

Viribus Hugonis vires periere leonis.

Hujus corpus in ecclesia de Wan-

tham [Waltham] in nobili sarcophago marmoreo et insculpto traditur sepulturæ.—Omitted in *C.*

PAG.	LIN.		
80,	2,	*scirent*	*deest.*
—	3,	*major*	*addit* Paris., luctamine decertarent.
—	12,	*inveniretur*	esset, reportaret.
—	13,	*acciperet*	*deest.*
—	20,	*qui*	*deest.*
—	21,	*sitiebant*	quærebant et.
—	22,	*prosiliunt*	prosiliebant.
81,	10,	*intulerunt*	*addit* Paris., quasi pro edicto frequenter proclamante alta et reboante voce eodem Constantino, 'Montis gaudium, Montis gaudium, adjuvet Dominus, et dominus noster Ludovicus !' Et hic clamor maxime amicos regis exasperavit, et ad vindictam, ut inferius dicetur, provocavit.
—	13,	*turrem*	urbem.
—	22,	*warrantizaturum*	ratum habere.
—	24,	*debuisset*	*addit* Paris., Confidebat enim in sacramento tam regis, quam Lodovici ; scilicet quod utriusque imprisii et amici pacem haberent. Unde sacramenti transgressio postea objecta fuit regi primo facta ab eo, unde jure negavit restituere Ludovicus jura postulata regi Angliæ.
82,	23,	*Item*	In.
83,	21,	*refrænaret*	*addit* Paris., Eodem anno magister Stephanus de Langetuna generale concilium celebravit apud Oxoniam,

in quo multa fuerunt statuta ad reformationem status ecclesiæ Anglicanæ et monasticæ religionis, sicut in dicto concilio alias plenius continetur. Eodem quoque anno obiit Willelmus de Humeto, abbas Westmonasteriensis, duodecimo calendas Maii; cui successit Richardus de Berking, ejusdem ecclesiæ prior, qui eodem anno, quartodecimo calendas Octobris, a domino Petro Wintoniensi in ecclesia Westmonasteriensi munus benedictionis suscepit. Ipso quoque anno Ranulphus, Cicestrensis episcopus, aliquando officialis, postea prior Norwicensis, viam universæ carnis est ingressus; cui successit Radulphus de Nevilla, qui antea custos et bajulus sigilli regii exstiterat, regis fidelissimus cancellarius, assensu totius regni, itaque scilicet ut non deponeretur ab ejus sigilli custodia nisi totius regni ordinante consensu et consilio, qui post susceptum præsulatum mansit cancellarius. Electus fuit circa festum Omnium Sanctorum, sed sequenti anno confirmatus. Anno quoque ipso obiit Willelmus de Ely, Angliæ thesaurarius. Eodem anno sedata est controversia inter Eustachium, episcopum Londinensem, et capitulum sancti Pauli ex una, et Willelmum abbatem et conventum Westmonasteriensem ex altera parte, per Stephanum, Cantuariensem archiepiscopum, P. Wintoniensem, R. Sarisberiensem, episcopos, et Thomam de Meretona et Richardum de Dunestaple, priores, in quos ambæ partes tanquam arbitros et pacis ordinatores consenserunt; qui monasterium Westmonasterii ab omnimoda subjectione et jurisdictione episcopi Londinensis penitus exemptum declaraverunt, et ordinaverunt quod ecclesia de Stanes cum pertinentiis suis in usus proprios ecclesiæ Westmonasteriensis commutaretur, et manerium de Sumnebus in proprietates episcopi Londoniensis, et ecclesia ejusdem manerii cedat in usus proprios ecclesiæ sancti Pauli in perpetuum.

PAG.	LIN.	
86,	2, *tempore*	*C.* adds, ' tertio idus Augusti.'
—	21, *compulsi*	*C.* adds, ' Hoc præcipue dictum est pro Constantino cive Londoniensi, de cujus suspendio jam certificabatur et causa et modo.'
87,	5, *cujus .... illis*	in quibus partibus error ille.
88,	27, *ut de cætero*	quod ex tunc.
—	30, *dictus*	dominus.
91,	9, *omnimodis*	commodis.
—	35, *venerantur*	*addit* Paris., Tertio autem idus Augusti mortuus est, sicut prætactum est, rex sapientissimus Francorum Philippus et apud sanctum Dionysium sepultus, qui suscipiens regnum patre suo Lodovico vivente, anno ætatis suæ quinto decimo, regnavit annis quadraginta quatuor; cui successit Lodovicus filius ejus, sed multum dissimiles hic vir et ille. Johannes de Brennes, rex Hierusalem, et magister superior hospitalis fratrum Hierusalem, venerunt in Angliam circa octavas apostolorum Petri et Pauli, pro auxilio postulando ad subsidium Terræ sanctæ. Eodem anno magister S. de Apulia, episcopus Exoniensis, circa festum exaltationis sanctæ Crucis, et Willelmus de Cornhulle, episcopus Cestrensis, circa idem tempus, obierunt. Anno etiam eodem, per singulos menses continuos anni, tanta fuit inundatio pluviarum et eruptio aquarum et aeris inæqualitas, ut, pro tanta in-

commoditate temporis, frugum tardissima maturitas fuit, adeo ut in mense Novembri vix fruges in horreis raptim reconderentur. Mense quoque Januarii turres et maceriæ ecclesiarum, cum roboribus nemorum, turbine ventorum sibi dissidentium præcipitio quaterentur et ruerent. Eisdemque temporibus Leolinus, princeps Norwalliæ, et quidam Anglici, scilicet Hugo de Lascy et ejus sequaces, in odium regis sibi cohærentes, et desperantes ex arbore nequam fructum bonum, id est, ex rege Johanne bonum hæredem proventurum, crebris expeditionibus Willelmum Mareschallum in primis, id est seniorem, postea autem juniorem, et quosdam alios domini regis barones, ad deditionem premere conabantur ; sed tota regio contra ipsos ad arma excitabatur, et sic ipsi irreverenter coacti sunt, et qui facti sunt hostes in capite corruerunt retrorsum in manu hostium, de qua non potuerunt deinceps resurgere.

PAG.	LIN.		
94,	6,	*parabantur*	*addit* Paris., O innata Pictaviensibus proditio! Non erat qui opponeret se ad defensionem regis Angliæ domini sui præter unum civem, qui postea deprehensus est occultasse signum regis Angliæ ubi illud proferret aliquando revocato eodem rege Angliæ, qui etiam captus est proditione concivium et suspensus ; unde, quia pro justitia obiit, constat ipsum martyrem esse gloriosum ; cujus filius, scilicet Willelmus, promotus est apud sanctum Albanum ad regimen ecclesiæ sancti Juliani.
95,	17,	*castellum*	castellum prædictum.
96,	12,	*occidebantur*	*addit* Paris., inter quos cecidit Giffard, miles eximius, spiculo balistæ percussus.

PAG. LIN.

96, 27, *geometrica* architectoria.

98, 19, *definitum* *addit* Paris., Tunc claruit inflictio vindictæ S. Pauli; Falcasius enim proditor cruentus ecclesiam S. Pauli Bedefordensis diruerat ad sui castri structuram et munimen, qui jam in beati Pauli custodia quasi carcerali tenebatur. Unde abbatissa de Helnestne, audiens Falcasium in B. Paulum desæviisse, sed inde adhuc impunitum fuisse, auferri jussit a manu imaginis S. Pauli gladium quem tenebat, et post vindictam merito restitui.—Omitted in *C.*

— 25, *Falcasii* *addit* Paris., Margareta scilicet de Ripariis.

99, 5, *duæ marcæ* duo solidi.

— 11, *universis* *addit* Paris., Eodem anno consecrantur in episcopos, magister Alexander de Stavensby in Cestrensem, Romæ a domino papa Honorio die Paschæ, Willelmus nepos Willelmi Bruere senioris in Exoniensem, Radulphus de Neville in Cicestrensem, a domino S. Cantuariensi archiepiscopo; qui, dico Radulphus Cicestrensis, cancellarius domini regis, in multis postea periculis fidelis expertus et singularis in regiis negotiis, columna stabilis fidelitatis et veritatis fuit. Sub illius temporis curriculo Falcasius de Brente, Neusteriensis, et spurius ex parte matris atque bastardus, qui in vili jumento manticato ad regis paulo ante clientelam descenderat,

qui castrum Bedefordiæ tempore guerræ motæ inter regem Johannem et barones suos, pro voluntate ejusdem regis sibi concessum, in territorio alterius situm, firmavit, de tali munitione et divitiis suis et de quibusdam consiliariis regis sibi confœderatis confisus, et faciens fulcimen de baculis arundineis, terras et possessiones liberorum hominum suorum et vicinorum injuste auferre non formidavit; præcipue triginta duos liberos homines in manerio de Luituna sine judicio de suis tenementis disseisinavit, et quasdam pasturas communes sibi appropriavit. Super quibus cum querela ad dominum regem pervenisset, rex Henricum de Braibroc et quosdam alios justitiarios assignavit, coram quibus fieret recognitio de conquerentium disseisina. Qui, receptis secundum consuetudinem recognitionibus, dictus Falcasius, tenementis dictis spoliatis judicialiter restitutis, in damna et jacturam eorum exstitit condemnatus. Quod non æquo ferens animo Falcasius, contra pacem regni, super se levatus dictum Henricum de Braibroc violenter cepit et in castro suo de Bedeford incarceravit. Quo audito, rex apud Northantonam existens, cum magnatibus suis de subventione Pictaviæ tractatum habens, mutato proposito ex casu incidenti, divertit ad castrum Bedefordiæ et illud obsidione vallavit, in quo dictus Henricus tenebatur incarceratus; et, facta trina monitione per tres dies continuos militibus in castro existentibus super deditione castri, archiepiscopus S. Cantuariensis et alii episcopi ibi existentes, cum abbatibus et aliis prælatis, Falcasium et sibi consentientes excommunicaverunt, ipsum utlagari decernentes. Per machinas igitur et varias insultationes regales dictum castrum expugnaverunt viriliter, et corruerunt aliqui de regiis militibus per spicula balistariorum obsessorum; inter quos Giffard corruit spiculo percussus, miles elegantissimus. Tandem in vigilia Assumptionis, cum circiter per novem septimanas obsidionem continuassent, captum est castrum, et omnes ministri Falcasii, qui in eo inventi sunt, quibus præerat Willel-

mus Mantel de Brente, frater Falcasii, et multi Angli et Normanni nobiles, qui omnes suspendio sunt adjudicati, sicut plenarie in antecedentibus prædictum est.

Baldewinus imperator rediit comes in Flandriam.

Baldewinus, comes Flandrensis, qui et imperator Constantinopolitanus, post annosam et morosam incarcerationem et pœnitentialem peregrinationem rediit in Flandriam ; et cum a quamplurimis viris, qui eum antea cognoverunt, licet in multis alteratus fuisset, cognosceretur, recepit homagia et fidelitates a multis civitatibus et oppidis Flandriæ. Sed filia ipsius invidens exasperavit regem contra ipsum, affirmans ipsum non esse patrem suum, nec ipsum esse quem se fecit ; procuravitque ut prædictus pater suus ignominiose suspenderetur, nam hinc et inde fecit duos canes veteres, scilicet mirgos, suspendi. Hoc tamen asserunt multi, quibus confessionem fecit, peccatis suis exigentibus promeruisse, quia a carcere evasit cum sociis suis incarceratis, qui capti fuerunt cum eo in prælio, opitulante quadam puella nobili, eo pacto, ut baptisaretur quam cito venirent liberati in Christianitatem ; sed Baldewinus imperator cum suis sociis, cum pervenissent cum ipsa puella in loca tutiora Christianorum, illam, quam promisit ducere in uxorem et Christianam facere et moribus Christianorum informare, ante lavacrum regenerationis occulte fecit necari, unde tam diu ad se reversus fecit pœnitentiam ut vix a familiaribus etiam cognosceretur, papa injungente pœnitentiam tam gravem, quia nondum baptisatam occidit. Omnes autem, qui huic consilio assensum præbuerunt, turpi morte perierunt ; quorum unus cum ad uxorem suam pervenisset, et ab eadem, quia jam alium virum habuerat et filios ab eodem susceperat, bene cognosceretur, præcipitatus est in puteum, hoc uxore clam procurante ; et sic alii, quilibet suo casu, Deo irato, qui non vult mala pro bonis solvi, miserabiliter perierunt. Nec eorum superior, qui,

pœnitentiam non continuando, in humilitate et contritione sua perpetuo non permansit, nec fecit fructus dignos pœnitentia, scilicet Baldewinus prænotatus, pœnas evasit.—*C.*

PAG. LIN.		
100, 29,	*jubentur*	*addit* Paris., Richardo fratre domini regis milite libertates generales tam forestarum quam aliarum libertatum, pro quibus tantum cum rege Johanne decertatum fuit, licet nil stabile vel solidum vel pollicitum redderetur vel observaretur, sunt deceptoriæ acclamatæ.
101, 21,	*servientes*	*addit* Paris., munera sequentes cum retributionibus.
102, 33,	*Norwicensis*	*addit* Paris., consecratus in episcopum in passione apostolorum Petri et Pauli apud Westmonasterium.
103, 12,	*salvo*	salvo conductu.
— 17,	*cum juramento, quod*	omnes.
— 23,	*sed, quoniam*	et quia multos Francorum in Anglia læserat, foret suspensus, sed per dictum jusjurandum vix est salvatus, et quia.
— 25,	*profectus est*	*addit* Paris., pecunia sæpe spoliatus.
— 29,	*de Pascha, missi*	per Pascha, dimissi.
104, 32,	*et incolumes*	et, quia scriptum est, 'Vivens, vivens, ipse confitebitur tibi,' incolumes.
105, 14,	*etiam .... convicta*	*desunt.*
109, 26,	*submergere*	exagitare.

PAG. LIN.	
110, 2, *balatronum*	joculatorum.
111, 11, *in artibus*	inanibus.
115, 2, *omnes*	*deest.*
— — *et patris*	*desunt.*
117, 29, *pertinere*	*addit* Paris., Epitaphium ejusdem Willelmi; 'Flos comitum Willelmus obit, stirps regia, longus Ensis vaginam cœpit habere brevem.'
118, 10, *Hæc .. solidorum*	Wats omits the whole of this chapter, as being a repetition merely of what had been before said. This paragraph, however, he states expressly not to have been in his text. It is however found in *B.*, with this rubric on the margin, 'Vacat, quia præscribitur.'
— 19, *Hoc*	Paris has written on the margin, 'Impertinens ad Angliæ historiam,' as in the life of S. Francis, and in other places.
119, 4, *Senonensem*	Senonensem et Rothomagensem; *C.*
— 18, *hæresin*	hæresin, quæ dicitur hæresis Albigensium.
— 26, *aliter*	*deest.*
— 27, *pari*	pari, si secus fieret.
121, 9, *ecclesias*	præbendas.
122, 27, *cives*	*deest.*
— 30, *nec modo .. omnino*	et modo penitus expers non est.
123, 3, *in bono*	in his omnibus.
124, 9, *dedere*	dedit.
— 10, *inquiunt*	*deest.*

PAG. LIN.

126, 33, *causa* — *addit* Paris., utpote monachorum et religiosorum persecutor ab antiquo.

127, 13, *postquam ... novem* — *addit* Paris., a primis annis aulicus et curialis, regum satelles, et theolenarius domibus religiosorum exitialis, postquam vixerat in episcopatu annis circiter novem. Cujus epitaphium quidam monachus Dunelmensis fecit tale,

Culmina qui cupi		laudes pompasque siti	
Est sedata si		si me pensare veli	
Qui populos regi	tis,	memores super omnia si	tis.
Quod mors immi		non parcit honore poti	
Vobis præposi		similis fueram bene sci	
Quod sum vos eri		ad me currendo veni	

— 24, *comparavit* — *addit* Paris., cujus nomen fuit Reimundus, quondam prior ecclesiæ sancti Albani.

— 27, *quem .. appellant* — qui imperialis vulgariter appellatur.

128, 6, *ineffabilem* — *addit* Paris., et filii mei Henrici largam eleemosynarum distributionem, necnon servitii divini honorem, quem Domino devotus impendit.

— 12, *jam ... inferno* — quæ in inferno est, eum exspectat præparata.

— 26, *stupens* — expergefactus.

129, 8, *summi pontificis* — apostolica.

— 12, *irritarent* — irritum facerent.

130, 18, *arcus* — *deest.*

— 19, *umbo* — *deest.*

— 25, *machinis* — spiculis fabricatis, machinis aptatis.

PAG. LIN.	
130, 29, *remittentes*	*addit* Paris., et argumenta pro argumentis excogitantes.
131, 5, *fames*	*deest.*
— 12, *ceperunt*	in circuitu ceperunt.
— 26, *umbracula*	*addit* Paris., se stridore abominabili.
133, 11, *amabat*	illicite adamavit.
— 19, *celari*	expediens decreverunt celare.
135, 8, *constrinxerunt*	*addit* Paris, urbem spoliaverunt, multos occiderunt.
136, 12, *denuntietur per annum*	denuntiaretur per annum et præmuniretur.
— 25, *unitatem*	*addit* Paris., Oriebatur interim rumor irrecitabilis ac sinister, scilicet, quod dominus legatus secus quam deceret se habebat adversus dominam Blancam; sed impium est hoc credere, quia æmuli ejus hoc disseminaverunt, benignus autem animus dubia in melius interpretatur. Hoc etiam anno, quarto nonas Octobris, die Dominico, beatus Franciscus in civitate Assisii, de qua ortus est, apud sanctam Mariam de Portiuncula, ubi Fratrum Minorum ipse ordinem initiavit, expletis viginti annis ex quo perfectissime adhæsit Christo, apostolorum vitam et vestigia sequens, ad contemplationem cælestium avolavit; qui, postea quam promeruit gloriam Dei, et remunerationem bonorum operum pro mercede recipiens, in dicta civitate sepultus est, cujus vita et mores et regula in anno sequenti, scilicet

millesimo ducentesimo vicesimo septimo, plenius annotantur.

PAG.	LIN.		
136,	32,	*promissionibus*	pollicitationibus.
137,	4,	*exscriptus*	exul.
—	5,	*Romana*	*addit* Paris., non sine interpositis muneribus.
—	7,	*Falcasius . . . dum*	Dum enim.
138,	1,	*faceret*	faceret, cum tamen bene posset.
—	4,	*Lapidem . . . morte misera terminavit*	Iterum, cum de stagno suo, quod ad magnum detrimentum et damnum domus levaverat apud Luitonam, conquereretur abbas, eo quod aqua superfluens segetes in proximo instante autumno esset absorbenda, respondit iniquissimus Falco prænominatus, quod pœnituit eum non exspectasse donec omnis annona in horreo collocaretur, ut redundans unda omnia consumpsisset. Lapidem autem super caput suum descendere sensit, cum in brevi tempore deinceps apud Bedefordiam, post suspensionem fratrum et amicorum suorum, ipse demum pauper exilium subiit, et nunc vitam morte misera terminavit. Utinam non adhuc conterat eum lapis iste in inferno plurimum formidabilis! Obiit autem veneno infectus, et quodam pisce ingurgitatus efficacissime venenato. Unde post cœnam cubans inventus est mortuus, niger, et fœtens, incestatus, et sine viatico

salutari et omni honore, et subito ignobiliter est sepultus; et sic vitam facinorosam colligens fructus operum suorum horribiliter terminavit, siccis lachrymis deplorandus.

PAG. LIN.	
138, 12, *qui a*	multum adjutus procuratione Huberti de Burgo nunc justitiarii; et a.
— 20, *multorum*	*addit* Paris., et lamentationem.
141, 22, *hujus regis*	Henrici.
142, 12, *indiscreta*	festinata.
143, 30, *ruminaret*	psalleret.
144, 20, *quadraginta*	sexaginta.
— 26, *solet*	solet, et negotium crucis magis prosperari.
— 36, *placatum*	propitiatum.
145, 20, *incredulis*	*addit* Paris., sicut aliquando ad prædicationem magistri Oliverii in Alemannia prædicantis fecerat.
— 24, *quinquennium . . . compleverunt*	quinquennium, ad salutem multorum et honorem præcipue omnium Anglorum, laudabiliter atque feliciter compleverunt.
148, 26, *populi Christiani*	fidei Christianæ.
150, 1, *fuisse . . . migravit*	in civitate Assisii, cœpit miraculis coruscare. De quo sic narratur contigisse.
152, 15, *despexit*	despexissent.
153, 17, *prædictorum*	prædicatorum; *C.*—*Addit* Paris., qui Minores dicuntur.
— 25, *regiones*	*deest.*

PAG. LIN.

154, 10, *hominum utriusque sexus* populorum.

— 14, '*Hæc*,' *inquit* Quibus ille, ' Hæc.

— 26, *cruciatu carne* carnis cruciatu, corpore.

— 33, *celebrari* *addit* Paris.,

Quomodo papa regulam Fratrum Minorum limitaverit.

Dominus autem papa videns propositum et opus Fratrum Minorum prosperari, necnon eorum numerum diatim multiplicari, secundum industriam sancti Gamalielis, intelligens quod Domino disponente felix susciperet incrementum, conversationem et regulam eorum certis terminis, ne aliquando aliis religiosis essent in supplantationem et nocumentum, limitavit; videlicet, quod civitates et castella, in præparationem evangelii accincti, ad informationem morum circuirent, plus gestus maturitate et habitus vilitate docentes, quam acri verborum correptione vel increpatione; non contemnendo comedentes, nec mollibus vestitos aspernando, cum soli Deo corda pateant universorum, et paupertatem manifestam, quam professi sunt, evidenter prosequerentur. Nimia enim humilitas, in verba prorumpens ampullosa, indicium latitantis est superbiæ manifestum. Nec etiam aliquem prædicando tan-

gerent corripientes; nec confessiones alicujus, si eas audire contingerent, quoquo modo detegerent, licet ad remota transmigrantes loca, ne scandalum alicui oriatur vel fama denigretur; nec pax ecclesiæ, quæ a sanctis apostolis et magnis ac sanctis patribus ac doctoribus nostris supra firmam petram stabilita est et ordinata, vel in temporalibus jacturam incurrat, vel quomodolibet perturbetur. Peccata autem caute inquirant, ne ignotas et inauditas, qui simplices sunt, discant enormitates. Nullum in abyssum terroribus aut minis satyrice objurgantes demergant, sed potius in spem erigant spiritualem. Fratres omnes Minores, de se ipsis postremo aliis exempla humilitatis relinquentes, viros alterius religionis, regulam vel statuta, sibi vel suis statutis non postponant. Omni extremitate, vilitate, et paupertate pro Christo contenti, non extollantur, ut meliores aliis videantur; nec ad privilegia vel dignitates, in præjudicium vel detrimentum aliquorum, aspirent; nec sine favorabili assensu vel petitione prædicent, vel alicui consulant, sese ingerentes. Et cum omnia pro se et suis sequacibus irrefragabiliter Franciscus novus Domini tyro ordinasset, dominus papa regulam suam approbavit, annotavit, et confirmavit, et inviolabiliter jussit ab ipso et fratribus suis in perpetuum observari. Regula autem talis est;

Regula et vita Fratrum Minorum.

Regula et vita Fratrum Minorum hæc est, scilicet, ‘ Domini nostri Jesu Christi sanctum evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam et reverentiam domino papæ N. ac successoribus ejus canonice intrantibus et ecclesiæ Romanæ. Et alii fratres teneantur fratri Francisco et ejus successoribus obedire.

Quomodo fratres in hunc ordinem recipi debeant.

‘ Si qui voluerint hanc vitam accipere, et venerint ad fratres nostros, mittant eos ad suos ministros provin-

ciales, quibus solummodo, et non aliis, recipiendi fratres licentia concedatur. Ministri vero diligenter examinent eos de fide catholica et ecclesiasticis sacramentis. Et si hæc omnia credant, et velint ea fideliter confiteri et usque in finem firmiter observare, et uxores non habent, vel, si habent, etiam monasterium intraverint uxores, vel licentiam eis dederint, auctoritate diœcesani episcopi, voto continentiæ jam emisso, et illius sint ætatis uxores quod non possit de eis oriri suspicio, dicant eis verbum sancti evangelii, quod, scilicet, vadant et vendant omnia sua, et ea studeant pauperibus erogare. Quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caveant fratres, et eorum ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de rebus suis quicquid Dominus inspiraverit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeant ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine caputio, et cingulum, et braccas, et caparonem usque ad cingulum; nisi eisdem ministris aliud, secundum Deum, aliquando videatur. Finito vero anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam semper et regulam observare; et nullo modo licebit de ista religione exire, juxta mandatum domini papæ, quia, secundum evangelium, 'Nemo mittens manum ad aratrum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei.' Et illi, qui jam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, et aliam sine caputio, qui voluerint habere. Et qui necessitate coguntur, licet portare calciamenta. Et fratres omnes vestimentis vilibus induantur, et possint ea reparare de saccis et aliis peciis cum benedictione; quos moneo et exhortor ne despiciant neque judicent homines, quos vident mollibus vestimentis et coloratis indutos uti cibis et potibus delicatis, sed magis unusquisque judicet et despiciat semetipsum.

De divino officio et jejunio, et quomodo ire debeant per mundum.

‘ Clerici faciant divinum officium secundum ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ, excepto psalterio, ex quo poterint habere breviaria. Laici vero dicant viginti quatuor Pater noster pro matutinis; pro laudibus quinque; pro prima, tertia, sexta, nona, pro qualibet istarum septem; pro vesperis autem duodecim ; pro completorio septem; et orent pro defunctis. Et jejunent a festo Omnium Sanctorum usque ad nativitatem Domini. Sanctam vero Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania usque in continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto jejunio consecravit, qui voluntarie eam jejunant, benedicti sint a Domino, et qui noluerint, non sint astricti; sed aliam, usque scilicet ad resurrectionem Domini, jejunent. Aliis autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria, jejunare. Tempore vero manifestæ necessitatis non teneantur fratres jejunio corporali. Consulo vero, moneo, et exhortor fratres meos in Domino Jesu Christo, ut quando vadunt per mundum non litigent, neque contendant verbis, nec alios judicent; sed sint mites, pacifici, et modesti, mansueti et humiles, honeste loquentes omnibus, sicut decet. Et non debeant equitare, nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur. In quamcunque domum intraverint, primum dicant ‘ Pax huic domui!’ et, secundum evangelium, de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat manducare.

Fratres non recipiant pecuniam.

‘ Præcipio firmiter fratribus universis, ut nullo modo denarios vel pecuniam aliquam recipiant per se, vel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum, et aliis fratribus induendis, per amicos speciales ministri tantum et custodes sollicitam curam gerant, secundum loca et tempora et frigidas regiones,

sicut necessitati viderint expedire; eo semper salvo, ut, sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant.

De modo laborandi.

' Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter et devote, ita scilicet, ut excluso otio, animæ inimico, sanctæ orationis et devotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deservire. De mercede vero laboris, pro se suisque fratribus, corporis necessaria recipiant, præter denarios vel pecuniam; et hoc humiliter, sicut decet servos Dei, et paupertatis sanctissimæ sectatores.

Fratres nihil habeant proprii.

' Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem ; et tanquam peregrini et advenæ in hoc seculo, in paupertate et humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosyna confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis quæ vos, carissimos fratres meos, hæredes et reges regni cælorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit; hæc sit portio nostra, quæ perducit in terram viventium; cui, dilectissimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri Jesu Christi in perpetuum sub cælo habere valetis. Et ubicunque sunt et se invenerint fratres, ostendant se domesticos invicem inter se, et secure manifestent unus alteri necessitatem suam; quia si mater nutrit et diligit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis etiam nutrire fratrem suum spiritualem? Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alii fratres debent illi servire, sicut vellent sibi serviri.

De pœnitentia fratribus imponenda.

' Si quis fratrum, instigante inimico, mortaliter peccaverit, pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter

fratres ut recurratur ad solos ministros provinciales, teneantur prædicti fratres ad eos recurrere quamcitius poterint, sine mora. Ipsi vero ministri, si presbyteri sunt, cum misericordia injungant pœnitentiam; si vero presbyteri non sunt, injungi faciant per alios sacerdotes hujus ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. Et cavere debent ne irascantur et conturbentur propter peccatum alicujus, quoniam ira et conturbatio in se et in aliis impediunt caritatem.

De electione generalis ministri, et capitulo Pentecostes.

'Universi fratres unum de fratribus istius religionis teneantur semper habere generalem ministrum et servum totius fraternitatis, et ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio successoris fiat a ministris provincialibus et custodibus in capitulo Pentecostes, in quo provinciales ministri teneantur semper insimul convenire, ubicunque a generali ministro fuerit constitutum; et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum majorem vel minorem, sicut a prædicto ministro fuerit constitutum et ordinatum. Et si aliquo tempore appareat universitati ministrorum provincialium et custodum prædictum ministrum non esse sufficientem ad servitium et communem utilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in custodem. Post capitulum vero Pentecostes ministri tantum et custodes possint singuli, si voluerint, et ut eis expedire videbitur, eodem anno in suis custodiis semel fratres suos ad capitulum convocare.

Nulli fratrum prædicare licet sine consensu diœcesani.

'Fratres non prædicent in episcopatu alicujus episcopi cum ab illo illis fuerit contradictum. Et nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, nisi a ministro generali hujus fraternitatis fuerit examinatus et approbatus, et ab eo sibi officium prædicationis concessum. Moneo quoque et exhortor eosdem fratres, ut in præ-

dicatione, quam faciunt, sint examinata et casta eorum eloquia, ad utilitatem et ædificationem populi, annuntiando eis vitia et virtutes, pœnam et gloriam, cum brevitate sermonis; quia verbum abbreviatum fecit Dominus super terram.

De admonitione et correctione fratrum.

'Fratres, qui sunt ministri et servi aliorum fratrum, visitent et moneant fratres suos humiliter et caritative corrigant eos; non præcipientes eis aliquid quod sit contra animam suam et regulam nostram. Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur quod propter Deum abnegaverunt proprias voluntates; unde firmiter præcipio eis, ut obediant suis ministris in omnibus quæ promiserunt Domino observare, et non sint contrarii animæ suæ et regulæ nostræ. Et ubicunque sunt fratres, qui scirent et cognoscerent se non posse regulam spiritualiter observare, ad suos ministros debeant, si possint, recurrere. Ministri vero caritative et benigne eos recipiant, et tantam familiaritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis et facere sicut servis suis; nam ita debent esse, quod ministri sint servi omnium fratrum. Moneo vero et exhortor in Domino Jesu Christo, ut caveant fratres ab omni superbia, vana gloria, invidia, avaritia, cura, et sollicitudine hujus seculi, detractione et murmuratione, et non curent, nescientes literas, literas discere; sed attendant quod super omnia debent habere spiritum Domini et sanctam ejus operationem, orare semper ad eum puro corde, et habere humilitatem, patientiam in persecutione et in infirmitate, et diligere eos qui vos persequuntur, reprehendunt, et arguunt, quia dicit Dominus, 'Diligite inimicos vestros;' et, 'Orate pro persequentibus et calumniantibus vos.' 'Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.' 'Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.'

Fratres non ingrediantur monasteria monacharum.

‘ Præcipio firmiter fratribus universis, ne habeant suspecta consortia vel consilia mulierum; et ne ingrediantur monasteria monacharum, præter illos quibus a sede apostolica concessa est licentia specialis; nec fiant compatres virorum vel mulierum, ne hac occasione inter fratres vel de fratribus scandalum oriatur.

De euntibus inter infideles.

‘ Quicunque fratrum divina inspiratione voluerit ire inter Saracenos vel alios infideles, petat interim licentiam a suis ministris provincialibus; ministri vero nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis quos viderint idoneos ad mittendum. Ad hæc, per obedientiam injungo ministris, ut petant a domino papa unum de sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, qui sit gubernator, protector, et corrector hujus fraternitatis; ut, semper subditi et subjecti pedibus ejusdem ecclesiæ, stabiles in fide catholica paupertatem et libertatem et sanctum evangelium Domini nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus.’

Robertus de Bingham factus est episcopus Sarisberiensis.

Eodem anno magister Robertus de Bingham, ex canonico Sarisberiensi, factus est episcopus ejusdem ecclesiæ.

PAG.	LIN.		
155,	7,	*celiæ ... quædam*	cervisiæ ... quasdam.
—	9,	*fecit*	jussit.
—	13,	*Theoneio*	Thony.
—	15,	*qui..secum loqueretur*	vir quidem armis strenuus, genere præclarus, cupiens cum ipso dicto Rogero habuisse vel habere colloquium antequam obiret, cum sum-

ma festinatione de triginta milliaribus raptus equo velocissimo ad eum ; sed defuncto jam fratre, quem totis visceribus tenerrime diligebat, nec vocem, nec sensum, membris jam rigentibus et algentibus, invenit. Lachrymabiliter igitur vociferabatur, dicens, ' Adjuro te per Dominum ut mecum loquaris, frater carissime.'

PAG. LIN.		
155, 25,	*ingeminaret*	cum ejulatu ingeminaret.
— 27,	*in lecto*	per se.
— 29,	*revocasset*	tam importuno clamore revocasset.
156, 5,	*opus*	*addit* Paris., immo opusculum, et unum munus, immo munusculum, contuli.
— —	*virginitatis . . . feci*	virginis Mariæ, per quod Dei misericordia certam spero liberationem.
— 13,	*quam . . . effectu complere*	honestis personis incolendam, qui pro liberatione animarum nostrarum Dominum æternaliter invocabunt. Respondit Rogerus, 'Auxiliis talibus multum indigeo ; sed nihil, quæso, mihi promittas, nisi quod desideras et volueris effectui mancipari.'
— 20,	*in eodem anno*	*desunt.*
— 21,	*abbatiam*	domum religionis.
— 22,	*construens . . . locum*	constituens eandem.
— 30,	*electus est*	electus est, postulatus.
157, 15,	*imperatoris*	imperatoris Romanorum Frederici.
— 31,	*respirare*	*addit* Paris., vix Charybdis voragines transire, vix a Scylla declinare.
161, 34,	*concurrentes*	committentes.

PAG. LIN.	
164, 7, *fieri*	*deest.*
— 27, *in Dei*	*desunt.*
166, 15, *servitutem*	*addit* Paris., Simonias, exactiones diversas et a seculis inauditas, quas in ecclesiasticas personas incessanter exercent, usuras manifestas et palliatas, quibus hactenus incognitis totum mundum inficiunt, prætermitto. Sermones tamen super mel mellitos, et super oleum mollitos, insatiabiles sanguisugæ, dicentes curiam Romanam esse ecclesiam, matrem nostram ac nutricem, cum sit curia prætaxata omnium malorum radix et origo, non maternos sed actus exercens novercales, ex cognitis fructibus suis certum faciens argumentum. Revolvant hæc inclyti barones Angliæ, quos papa Innocentius bullatis literis communitos animavit ut in regem Johannem quasi ecclesiæ inimicum insurgerent obstinatum; sed postquam enormiter memoratus rex est incurvatus, et se suumque regnum ecclesiæ Romanæ velut effœminatus mancipavit, prædictus papa proceres, quos prius sustinuit et excitaverat, postposito mundi pudore Dominique timore, conculcavit morti expositos et miserabiliter exhæredandos, ut, more Romano, protervo hiatu, quod pinguius erat, proh dolor! absorberet, et factum est, quod, incitante Romanorum avaritia, princeps provinciarum facta est sub tributo. Ecce mores

Romanorum, ecce laquei prælatorum, quibus universos et singulos quærunt illaqueare, nummos emungere, liberos subjugare, pacificos inquietare, in vestibus ovium cum sint intrinsecus lupi rapaces ; legatos huc et illuc mittentes, excommunicare, suspendere, punire potestatem habentes ; non ut semen, id est verbum Dei, seminent fructificandum, sed ut pecuniam extorqueant, colligant, et metant quæ nunquam seminaverunt. Sicque fit, ut ecclesias sacras, pauperum refugia, sanctorum mansiones, diripiant, quas pii ac simplices patres nostri in refectionem pauperum ac peregrinorum et religiosorum sustentationem fundarunt. Et nunc ad imperia et regna degeneres et ignobiles, quos solæ literæ faciunt insanire, ausu temerario contendunt anhelare. In paupertate quidem et simplicitate fundata erat ecclesia primitiva, cum sanctos, quos catalogus sanctorum commemorat, fœcunda parturiret; sed aliud fundamentum nemo potest ponere, præter illud quod positum est a Domino Jesu ac stabilitum. Porro, quia in divitiis navigant, in divitiis volutantur, in divitiis ædificant, timendum ne paries inclinetur ecclesiæ, ne maceria depulsa ruina subsequatur. In nos etiam, novit Scrutator omnium, injuste debacchantur, dicentes nos nolle terminis transfretasse constitutis; cum multa me de eo et ecclesia et imperio inevitabilia ac ardua negotia, præter infirmitatis incommoda, detinebant, quorum primum fuit rebellium Siculorum insolentia. Nec videbatur nobis sanum fuisse consilium expediens Christianitati, nos in Terram sanctam transisse, bellum intestinum post terga relinquentes ; sicut nec medico, ferro infixo vulneri, fomentum adhibere medicinæ.

PAG.	LIN.		
166,	16,	*epistolæ*	quoque.
—	23,	*persecutionem*	seditionem.
167,	18,	*per terras*	*desunt.*

PAG. LIN.		
167, 19,	*hostiliter equitans*	inquietans.
168, 24,	*everti*	everti vel naufragari.
169, 10,	*excitantes*	excitaverunt et.
170, 9,	*exstiterunt*	obtulit inimicis.
— 27,	*recusavit*	refutavit.
171, 16,	*didicisset*	cognovisset.
— 32,	*peremerunt*	perimendo.
173, 7,	*in vinculis est abductus*	vinculis est addictus.
— 17,	*genere*	*addit* Paris., rex comperiens, quod quidam suorum avertentes se et non servando fidem ac pactum suum, in ore suo et corde mentiti sunt ei.
— 29,	*multos*	*deest.*
174, 8,	*Romanorum*	*deest.*
— 27,	*causa*	*addit* Paris., et aliorum arduorum negotiorum, quæ totam tangebant Christianitatem.
175, 2,	*pannis*	holosericis.
— 5,	*regiones abstinent*	carent incolæ.
— 12,	*militiæ ... Hospitalis*	*desunt.*
— 30,	*adferre debebant*	deferre debebant cum onustæ velificarent.
176, 16,	*hujus*	Anglicanæ.
— 23,	*veniens*	veniens, causa orandi Angliæ protomartyrem.
— 29,	*Interrogatus autem*	Interrogatus autem inter loquendum ab uno, qui fuit ei assidens colla-

teralis, monacho, si in partibus suis conceptio beatæ Mariæ celebraretur, respondit, 'Celebratur utique, et hæc est ratio; quia, angelo nuntiante Joachim dolenti et inhabitanti tunc desertum, ipsa conceptio facta est. Similiter et conceptio beati Johannis Baptistæ, simili ratione. De conceptione autem Domini, quæ facta est angelo annuntiante Mariæ, quæ concepit ex Spiritu Sancto, nulli fidelium venit in dubium.' Hæ tres conceptiones in partibus Armeniæ, ut asseruit et prædictis rationibus confirmavit, celebrantur. Interrogatus similiter.

PAG. LIN.		
176, 35,	*pro archiepiscopo... interpres illius erat*	archiepiscopus, asserens rem gestam seriatim; et postea miles quidam Antiochenus de familia ejus, qui interpres illius erat, notus etiam cuidam famulo domini abbatis, Henrico Spigurnel, exponens sermones illius.
177, 22,	*impie*	contemptibiliter.
— 25,	*redeam*	veniam;' ac si juxta evangelistam diceretur, 'Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de eo; tu autem secundum adventum meum exspectabis.'
— 29,	*annorum, redit*	ætatem redeuntium annorum, corripitur quasi incurabili infirmitate et rapitur quasi in extasim, et convalescens redit redivivus.
— 31,	*Christus*	Dominus, ut vere possit dicere cum Psalmista, 'Renovatur ut aquilæ juventus mea.'
178, 10,	*verborum*	*addit* Paris., et nota reprehensionis vel redargutionis.
— 13,	*Christi*	Christi, in igne seculum judicaturi.

PAG.	LIN.		
178,	15,	*provocaverat*	provocavit.
—	23,	*in passione ...inimicis suis*	*desunt.*
—	25,	*faciunt*	*addit* Paris., Paulus siquidem, per ignorantiam qui peccavit, gratiam promeruit; similiter et Petrus, qui per fragilitatem, id est timorem, Domìnum negavit. Judas autem, qui per iniquitatem, id est cupiditatem, Dominum tradidit, effusis visceribus se laqueo suspendens sine spe salutis vitam infelicem terminavit. In hac ratione sibi spem Cartaphilus ponit indulgentiæ, erroremque suum, quo tueatur, habet. Percontatus etiam memoratus archiepiscopus de arca Noe, quæ adhuc dicitur in montibus Armeniæ requiescere, et de multis aliis, hoc idem affirmavit, testimonium perhibens veritati; qui propter personæ reverentiam, et ipsius honestatis bullatum testimonium, fidem impressit mentibus auditorum et suam narrationem rationis sigillo confirmavit. Hujus etiam rei eventus falsitatis nequicquam posse redargui, testatur quidam nobilis miles et in armis strenuus, Richardus de Argentomio, qui partes orientales sub titulo peregrinationis devotus in propria præsentia cum multis aliis visitavit; et postea sepelitur episcopus.

PAG. LIN.

178, 31, *Nigrum* — *addit* Paris., virum in literatura profundi pectoris, honestum ac per omnia laudabilem, religionis amatorem ac defensorem, omni genere superbiæ carentem.

179, 3, *ejusdem; quo* — ejusdem, sicut et prædictus Eustachius in suo; quo Galfrido.

180, 3, *Eodem* — This chapter has been omitted by Paris.

182, 21, *quodam* — quodam fide digno.

184, 6, *avertat* — *addit* Paris., Eodem anno, feria secunda et tertia ante Cineres, quibus solent diebus clerici scholares ludis vacare, exierunt quidam clerici ab urbe Parisiacensi versus sanctum Marcellum propter aeris commoditatem, ut ludis ibi intenderent consuetis; quo cum pervenissent, et in ludis componendis aliquandiu se recreassent, invenerunt ibi casu vinum optimum in taberna quadam, et ad bibendum suave. Ubi inter clericos potantes et caupones de pretio vini contentione suborta, cœperunt ad invicem alapas dare et capillos laniare, quousque homines villæ accurrentes caupones liberaverunt de manibus clericorum; sed, et vulnera repugnantibus clericis infligentes, bene fustigatos et egregie eos in fugam compulerunt. Illi autem lacerati in civitatem revertentes commoverunt sodales in ultionem suam; qui in crastino cum gladiis et fustibus ad sanctum Marcellum

venientes, et domum cujusdam cauponis violenter ingredientes, vasa omnia vinalia confringentes vinum per domus pavimentum diffundunt, et, procedentes per plateas, quoscunque invenerunt viros aut mulieres acriter invadunt et plagis impositis semivivos relinquunt. Prior vero sancti Marcelli, cum tantam hominibus injuriam cognovisset illatam, quos defendere tenebatur, querimoniam coram Romano legato et episcopo Parisiacensi deposuit; qui simul ad reginam, cui tunc regni dispositio commissa fuerat, properantes rogabant eam ut talem injuriam præciperet vindicari. At illa, muliebri procacitate simul et impetu mentis agitata, præpositis civitatis et quibusdam ruptariis suis dedit illico in mandatis, ut sub omni celeritate armati, ab urbe exeuntes, hujus violentiæ auctores, nulli parcentes, punirent. Illi autem, qui proni erant ad omnem crudelitatem exsequendam, portas civitatis cum armis egressi invenerunt extra urbis mœnia clericos multos ludis intendentes, qui in violentia præfata nullam penitus culpam habuerunt. Qui enim seminarium tumultuosi certaminis moverunt erant de partibus conterminis Flandriæ, quos vulgariter Picardos nominamus. Sed, hoc non obstante, lictores in eos irruentes, quos inermes viderant et innocentes, alios occiderunt, alios vulneraverunt, atque alios plagis impositis spoliantes immisericorditer tractaverunt; quidam vero ex eis per fugam evadentes in vineis et cavernis latitabant. Inventi sunt autem inter vulneratos duo clerici divites et magnæ auctoritatis interfecti, quorum unus erat genere Flandrensis, et alius natione Normannus. Hujus autem transgressionis enormitas cum ad aures magistrorum universitatis pervenisset, convenerunt omnes in præsentia reginæ et legati, suspensis prius lectionibus et disputationibus universaliter, instanter postulantes de tali injuria sibi justitiam exhiberi; indignum enim sibi videbatur, quod, tam levi nacta occasione, quorundam contemptibilium clericulorum transgressio in præjudi-

cium totius redundaret universitatis; sed pœnam daret in ultione, qui culpam perpetravit in transgressione. Sed cum tandem omnimoda eis justitia tam a regina et legato quam ab episcopo civitatis denegata fuisset, facta est universalis discessio magistrorum et scholarum dispersio, cessant doctorum doctrina et discipulorum disciplina, ita quod nec unus famosus ex omnibus in civitate remanserit; et remansit orbata suo clero civitas, quæ solet in illo gloriari. Tunc recesserunt famosi Anglici, magister Alanus de Becoles [Beccles], magister Nicolaus de Frenham [Fernham], magister Johannes Blundus, magister Radulphus de Maidenston, magister Willelmus de Dunelmo, et multi, quos longum esset numerare;[1] quorum tamen maxima pars civitatem Andegavensium metropolitanam ad doctrinam elegit universalem. Sic ergo a nutrice philosophiæ et alumna sapientiæ civitate Parisiaca recedentes clerici, legatum Romanum execrantes, reginæ muliebrem maledixerunt superbiam, imo eorum infamem concordiam. Recedentium autem quidam famuli, vel mancipia, vel illi quos solemus Goliardenses appellare, versus ridiculos componebant, dicentes,

> ‘ Heu! morimur strati, vincti, mersi, spoliati;
> Mentula legati nos facit ista pati.’

Quidam autem honestior versificator per apostrophum, id est informationem personæ, ut si loqueretur urbs Parisiaca clero sub planctu, ait,

> ‘ Clere, tremisco metu, quia vis contemnere me tu;
> Perfundor fletu; mea damna fleo, tua fle tu.’

Tandem, procurantibus discretis personis, elaboratum est, ut, factis quibusdam pro tempore exigentibus utrobique culpis, pax est clero et civibus reformata, et scholarium universitas revocata.

---

[1] *Numerare.*] C. adds on the margin, ‘ Recedentes itaque generaliter clerici | universi contulerunt se ad civitates majores regionum diversarum.’

PAG. LIN.		
184, 12,	*regis*	*addit* Paris., scilicet magister Alexander de Stavenesse, episcopus Cestrensis, et magister Henricus de Stanford, Roffensis episcopus.
186, 6,	*regi*	*deest.*
187, 8,	*confortant*	delectant.
188, 23,	*et cætera*	*C.* inserts, 'Nota autem quod procurantibus magistro Alexandro de Stavenesbi, Cestrensi, et magistro H. de Sanford, Roffensi, episcopis, et quibusdam aliis, quorum præcipuus et principalis fuit magister Johannes de Hætotoft, archidiaconus Bedefordensis, procurata est depositio magistri Walteri, monachi Cantuariensis, secus quam deceret aut animabus eorum expediret. Sed hæc satis prolixe in antescriptis declarantur.'
192, 4,	*Sydonis*	Sydonis, id est Saete.
193, 13,	*pueri*	patris.
— 24,	*pro voto*	*desunt.*
194, 3,	*Notandum ... et ostendit eis*	These two chapters are wanting in Paris; instead of which is inserted a description, apparently of the great seal attached to the emperor's bull, as follows; 'Forma bullæ imperatoris aureæ erat talis; Ex una parte erat imago regia, et scriptum in circuitu, 'Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator et semper Augustus.' Ex una parte vero regalis imaginis, scilicet super dextrum humerum, scriptum est, 'Rex Jerusalem;' ex alia parte ejusdem

imaginis, scilicet super sinistrum humerum, scriptum est, 'Rex Siciliæ.' Ex alia autem parte bullæ insculpitur quædam civitas, scilicet Roma, et scribitur in circuitu, 'Roma, caput mundi, tenet orbis frœna rotundi.' Erat autem bulla aliquantulum major bulla papæ.'

PAG. LIN.	
194, 32, *le Mech*	Metham.
197, 22, *discretus*	discretus, et in divina pagina eleganter eruditus, Anglicus natione.
— 23, *prædicationis*	*addit* Paris., in quo singulariter floruit, expeditus.
— 24, *multo jam tempore*	etiam per aliquod tempus.
— 26, *excitavit*	excitando, ad obsequium Crucifixi arctius animavit.
— 30, *donis cœlestibus*	beneficiis divinis.
— 32, *et*	*deest.*
— 34, *reparantes*	reparare.
198, 2, *sanctis . . . consecravit*	sanctorum pedum suorum vestigiis consecravit, et sacrosancto sanguine dedicavit.
— 3, *consecravit*	*addit* Paris., Eratque tanta in omnes Christianos exultatio, ut viderentur terrenis cælestia misceri.
— 6, *Venit*	His autem sic Deo dispensante ordinatis, invidente antiquo seminatore schismatum et discordiarum Sathana, incolæ terræ, præcipue Templarii et Hospitalarii, invidentes factis imperatoris, sumpserunt cornua ex odio papali; audierunt enim quod jam papa imperium hostiliter invaserat. Volentes igitur omnia

magnalia hæc eis adscribi, qui a tota Christianitate tot proventus recipiunt, et ad solummodo Terram sanctam defendendam tantos redditus inglutiunt et quasi in voragine barathri demergunt, significaverunt subdole ac proditiose Soldano Babyloniæ, quod imperator proposuit adire flumen ubi Christus baptizatus est a Johanne Baptista, ibidem Christi vestigia et præcursoris ejusdem, quo non major surrexit inter natos mulierum, pedes, et in laneis cum parvo comitatu, clam humiliter adoraturus; et ibidem posset ad votum eundem imperatorem vel capere vel trucidare. Quod cum audiret Soldanus memoratus, et super hoc chartam noto sibi sigillo signatam conspexisset, detestatus est Christianorum versutiam, invidiam, et proditionem, et maxime eorum, qui videbantur habitum religionis cum crucis charactere bajulare; et advocans duos secretissimos ac discretos consiliarios instillavit auribus illorum universa, ostendens eis epistolam, cui adhuc signum adhærebat, et ait, 'Ecce fidelitas Christianorum.' Inspectisque literis, post longam ac diligentem deliberationem sic responderunt, 'Domine, inita est pax utrobique beneplacita, quam violare facinorosum foret; sed, ad omnium Christianorum confusionem, mittatis hanc epistolam, cum signo adhærenti, ipsi imperatori, et erit vobis amicissimus, et merito.' Quorum consiliis Soldanus obtemperans misit dictam epistolam imperatori, et omnem dolorum [dolum] prælocutum ei denuntiavit. Insuper, dum hæc fierent, imperator per diligentissimos et expeditissimos exploratores suos commonitus prius hæsitabat, non credens tantam malitiam de religiosis prorupisse; et, dum sic dubitaret, venit nuntius Soldani ad eum dictam portans ei epistolam, per quam plenius de prædictis significabatur. Gaudens igitur quod laqueos absconditos evasisset, omnia caute dissimulabat usque ad tempus retributionis, et quæ ad reditum in terram suam fuerant necessaria præparavit. Et hoc fuit seminarium odii inter imperatorem et Templarios ac Hospitalarios; veruntamen Hos-

pitalarii minorem notam infamiæ super hoc facto contraxerunt. Ex eo igitur tempore conglutinata est anima imperatoris cum anima Soldani indissolubili cemento dilectionis et amicitiæ, et confœderati sunt ; et miserunt sibi vicissim munera pretiosa, inter quæ misit Soldanus imperatori unum elephantem. Comperientes autem Templarii et Hospitalarii, cum suis complicibus, imperatoris peregrinationem, quam fecisse ad flumen Jordanis proposuerat, differri, intellexerunt per illud et alia indicia dolum suum effectu caruisse ; patriarcham igitur Hierosolymitanum ad suam attraxerunt conspirationem, qui hanc epistolam ad diffamandum imperatorem dicitur conscripsisse ;

Epistola Geroldi, patriarchæ Hierosolymitani.

‘ Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, universis Christi fidelibus in Domino salutem. Quam mirabiliter, imo miserabiliter, ab initio usque ad finem, in grave præjudicium negotii Jesu Christi et fidei Christianæ contemptum, in partibus cismarinis processerit imperator, si plene intelligatur, in processu ipsius a planta pedis usque ad verticem non poterit sanitas inveniri ; quoniam in adventu suo excommunicatus venit, vix secum ducens milites quadraginta, et sine pecunia, sperans quod de spoliis habitatorum Syriæ posset suam inopiam sustentare. Primoque in Cyprum veniens nobilem virum I. de Ybellino et filios suos, quos ibidem occasione negotii Terræ sanctæ fecerat convenire, minus curialiter cepit, ad suum prandium invitatos. Postmodum regem, quem ad se venire fecerat, retinuit quasi captum ; sicque per violentiam et fraudem regnum penitus occupavit. Transiit in Syriam, his peractis. Cumque in principio verbis mirabilia se promitteret facturum, et se super his coram simplicibus jactitaret, statim ad Soldanum Babyloniæ pacis nuntios destinavit ; propter quod in conspectu Soldani et suorum paganorum factus est contemptibilis, præcipue cum ipsum intelligerent secum non tantam

armatorum multitudinem adduxisse quod aliquo modo possent per eundem prægravari. Interea, occasione præmuniendi Joppen, ad partes illas declinavit cum exercitu Christiano, ut magis appropinquaret Soldano, et ut facilius possent [nuntii] discurrere pro pace vel treuga obtinenda. Quid plura? Post longum et latentem tractatum, nullius de terra consilio requisito, pronuntiavit quadam die subito quod pacem fecerat cum Soldano; formam pacis vel treugæ nullus vidit, quando de servandis conventionibus idem imperator præstitit sacramentum. Quanta autem fuerit malitia, quam fraudulentus tractatus, quorundam capitulorum tenore, quæ vobis in scriptis duximus transmittenda, cognoscere poteritis evidenter; quia imperator, ad magnificandam vocem suam, vocem tantum habere voluit, et vocem obtinuit a Soldano. Dixit enim inter cætera, quod sibi erat sancta civitas restituta; ad quam cum in vigilia Dominicæ, qua cantatur 'Oculi mei,' cum exercitu Christiano veniret, die sequenti Dominica satis inordinate satisque confuse excommunicatus in ecclesia Dominici sepulchri, in præjudicium honoris ac excellentiæ imperialis manifestum, suo capiti imposuit diadema, Saracenis templum Domini ac templum Salomonis in manu sua retinentibus ac legem Machometi publice, sicut prius, proclamantibus, non sine peregrinorum confusione maxima et dolore. Idem vero imperator, cum se firmaturum civitatem antea multipliciter promisisset, sequenti die Lunæ summo diluculo primus civitatem exivit, nemine salutato; sibi fratribus Templi et Hospitalis præsentantibus solemniter et instanter, quod si vellet firmare, sicut promiserat, civitatem, ipsi ei quantum possent consilium et auxilium ad id faciendum compararent. Sed ipse, qui de corrigendo negotio non curabat, videns quod factum illud nullius firmitatis robur obtineret, nec civitas, sicut restituta erat, teneri poterat nec firmari, solummodo voce restitutionis contentus ipsa die versus Joppen cum sua familia festinavit; quod cum viderent peregrini, qui cum ipso intraverant

civitatem, post ipsum noluerunt remanere. Subsequenti vero die Dominica, scilicet qua cantatur ‘ Lætare Hierusalem,’ venit Achon, et in ipsa civitate populum sibi alliciens ei quandam libertatem concessit, ut favorem ipsius per hoc mendicaret. Propter quod hoc fecit, novit Deus, et ejusdem opera sequentia demonstrarunt. Cum autem passagium instaret, et omnes unanimiter peregrini, pusilli cum magnis, visitato sepulchro, tanquam peregrinatione peracta, pararentur ad recessum, cum treugam non haberemus cum Soldano Damasci, nos, videntes terram jam destitutam et a peregrinis relictam, consilium in arcto constituti inieramus, ut de eleemosyna piæ memoriæ regis Franciæ milites pro communi utilitate retineremus. Quod cum audiret imperator, significavit nobis se super hoc admirari, cum treugas cum Soldano Babyloniæ confirmasset. Respondimus, quod adhuc remanebat ferrum in vulnere, ex quo treugæ vel pax non fuit inita cum Soldano Damasci, utpote prædicti Soldani, in hoc ei contradicentes; adjicientes, quod, invito etiam Soldano Babyloniæ, nos posset Damascenus nimis damnificari. Respondit imperator dicens, quod ejus consilio et licentia, qui jam rex fuit Hierosolymitanus, non debebant milites guerrivi retineri in regno suo. Ad quod respondimus, quod super hoc plurimum dolebamus, quod de his et consimilibus consilium ipsius excommunicati, sine periculo animarum, non potuimus exspectare. Et, cum ad hoc nil nobis imperator remandaret, die sequenti fecit extra civitatem per præconem publicum congregari peregrinos habitatores civitatis, ac per speciales nuntios prælatos simul et religiosos in sabulo; inter quos ipse personaliter constitutus primo cœpit de nobis graviter conqueri, falsas querimonias cumulando. Secundo, ad virum venerabilem magistrum Templi sermonem retorquens, famam suam conatus est publice variis ac vanis sermocinationibus non mediocriter obfuscare; et sic culpam propriam, quæ jam manifestabatur, intendebat in alios retorquere,

addens quod nunc ultimo milites stipendiarios in suum præjudicium et gravamen retinebamus. Propter quod ipse jubebat omnibus militibus peregrinis, cujuscunque essent nationis, sicut se suaque diligebant, ne remanerent in terra ab illa die in antea; præcipiens comiti Thomæ, quem ballivum in terra relinquere disponebat, ut quemcunque ex tunc inveniret puniret corporaliter, adeo ut unius pœna multis foret ad terrorem. Quibus omnibus consummatis, nulla excusatione vel responsione admissa ad ea quæ tam ignominiose fuerant divulgata, recessit; et statim ad portas civitatis balistarios poni statuit, præcipiens eis ut fratres Templi exire permitterent, non intrare. Denique tam ecclesias, quam alia loca eminentia civitatis, muniri jussit balistariis, et loca specialiter per quæ ad nos et ad domum Templi habebatur accessus; sciatisque quod nunquam Saracenis tam gravis exstitit aut nocivus, vel contra eos tantum animosus. Cujus nos manifestam malitiam perpendentes, tam prælatos quam peregrinos duximus convocandos, excommunicantes omnes illos, qui contra ecclesiam vel fratres Templi et alios terræ religiosos vel peregrinos ipsi imperatori consilium impenderent aut juvamen. Quare magis intumescens imperator omnes introitus fecit diligentius custodiri, inhibens ne ad nos, vel ad illos qui nobiscum essent, victualia deferentes appropinquarent, ponens undique balistarios et sagittarios, quibus nos et fratres Templi ac peregrinos graviter impugnabat; et, ut excogitatam malitiam adimpleret, Fratres Prædicatores ac quosdam Minores, qui in Ramis palmarum locis statutis convenerant ad prædicandum verba Domini, per satellites suos rapi fecit de pulpitis et in terram prosterni, extrahi et quasi latrones per civitatem fustigari. Deinde, cum videret quod per prædictam obsidionem quod intendebat non obtineret, fecit tractari de pace; ad quod respondimus, quod noluimus pacis tractatum admittere nisi prius amotis custodiis balistariorum et aliorum armatorum, ablatis etiam bonis nostris

restitutis, ita quod essent omnia in eo statu et libertate qua erant die qua ingressus est civitatem. Ipse tandem fieri præcepit secundum quod postulabamus, sed non est effectui mancipatum; supposuimus igitur civitatem interdicto. Videns igitur malitiam suam non posse procedere usquequaque, moram in terra noluit trahere longiorem; imo, ac si totum niteretur destruere, balistas et armaturas a longo tempore pro defensione terræ reservatas apud Achon fecit clam in navibus deponi, et plura Soldano Babyloniæ transmitti, quasi caro suo. Et mittens in Cyprum quosdam milites suos fecit non minimam ab incolis pecuniam extorqueri; et, quod mirabilius nobis videbatur, galeias quas potuit secum trahere destruxit. Quod cum audivimus, duximus eum super hoc admonendum. Sed ipse, admonitione spreta simul et correctione, latenter festo apostolorum Philippi et Jacobi, per vicum secretum et portum galeiam intrans versus Cyprum festinavit, nemine salutato, Joppen relinquens destitutam, nunquam utinam rediturus. Jamjam a ballivis dicti Soldani intercluditur exitus extra muros pauperibus Christianis ac Syrianis; plures itaque in via peregrini defecerunt. Hæc et multa alia, quæ relinquimus aliis enarranda, quæ mundus novit, commisit imperator in Terræ sanctæ et animæ suæ detrimentum; quæ Dominus miseratus, cum placuerit, dignetur temperare. Valete.' Hæc autem epistola, cum ad audientiam occidentalium perveniret, non mediocriter famam imperialem obfuscavit et multorum favorem ademit. Papa autem ad ejus dejectionem diligentius solito insurrexit, et collectioni pecuniæ hiavit avidius.

PAG. LIN.		
198, 24,	*et sic egressus*	et notabilem eam fecerat invective et reprehensive de insatiabili et simoniali avaritia. Egressus autem.
— 30,	*et*	quæ etiam.

PAG. LIN.

200, 16, *prælatis* clericis.

201, 11, *auxilium* *addit* Paris., factus est, quia sic oportuit fieri, baculus arundineus, cujus fragmenta vulneraverunt in se confidentes.

— 23, *obviarent* *addit* Paris., Consentientes igitur corde qualiquali sub quadam summa pecuniæ finem conclusissent sibi tolerabili, nisi, ut asseritur, Stephanus de Segrave, regis tunc consiliarius, vir quidem sui solius amicus, versus in arcum pravum, quadam simoniaca conventione cum magistro Stephano facta, ad talem effectum rem perduxit, quod decimas ipsas plenarie sibi exegit et obtinuit, ad damnum ecclesiæ et regni inæstimabile ; sed justo Dei judicio hæc fraudulenta procuratio prædicto Stephano justitiario non successit in prosperum.

202, 18, *enim* autem.

203, 4, *Continuis.. exactoribus fructuosa* Præterea habuit idem magister Stephanus quosdam secum fœneratores nequissimos, qui se mercatores appellabant, usuram sub nomine negotiationis palliantes, qui egentibus et exactionibus vexatis obtulerunt pecuniam ; et, urgente memorato Stephano sub pœna gravissima, coacti multi mutuo cepere, qui postea in laqueos eorum inciderunt, damna irrestaurabilia incurrentes. Continuis maledictionibus, sed occultis, repleta est terra, imprecantibus cunctis, ‘Exactio suis

fiat exactoribus nunquam fructuosa!' Quod juxta vota populi accidit, quia

'Non habet[1] eventus sordida præda bonos.'

Ex eo autem tempore non defuerunt in terra Anglicana quidam transmontani, qui se mercatores nominant, usurarii impiissimi; qui nihil aliud quærunt, nisi in laqueis suis, præcipue quos Romana curia angariat, illaqueare. Et sic abrasor pecuniarum magister Stephanus, domini papæ capellanus, Anglis fœda reliquit vestigia.

PAG. LIN.	
203, 7, *Solus..Ranulphus*	Solus autem comes Cestrensis Ranulphus stetit viriliter.
— 26, *Coventrensi*	*addit* Paris., qui satis felici auspicio officium suscepit episcopale, et fabricam novæ ecclesiæ, quam prædecessor suus Richardus transtulit et ausu non pusillanimi inchoavit, viriliter est prosecutus, juvante Deo, rege, et populo. Unde quidam versificator ait satis eleganter, 'Rex largitur opes, fert præsul opem, lapicidæ Dant operam; tribus his est opus ut stet opus.'
204, 16, *Junii*	*addit* Paris., Eodem anno obiit Martinus de Pateshulle, decanus Londinensis, decimo octavo kalendas Decembris, vir miræ prudentiæ et legum terræ peritus.
205, 2, *refundere curavit*	refudit.
— 4, *procuravit*	sicut prius procuravit.

[1] *Non habet.*] Ovid. Amor. I. x. 48.

PAG. LIN.		
205, 14,	*Henricus*	Henricus, vir quidem animo seditionem parturiens.
— 17,	*sapientibus*	*deest.*
206, 11,	*parvipendens*	parvipendens, immo vilipendens.
207, 19,	*discursum*	*addit* Paris., et debaccharentur multi papæ stipendiarii, affluentia pecuniæ inæstimabilis saginati.
208, 3,	*gemmis*	gemmis et donativis variis.
— 11,	*civitatis*	*addit* Paris., scilicet Rogerus, dictus Niger.
— 37,	*devote*	*deest.*
209, 10,	*publicus*	publicus et capitaneus post papam.
— 12,	*natale solum*	*addit* Paris., cum stipendiariis suis, quos dominus papa rapinis religiosorum ditavit, et prædis a pauperibus captis undecunque honoravit.
— 28,	*persolverunt*	regi, sub festinatione persolverunt.
210, 8,	*Mauloum*	Machutum.
215, 28,	*assidue*	*deest.*
216, 20,	*magnatibus*	honorabilibus viris et magnatibus.
217, 14,	*infelicem*	*addit* Paris., Eodem tempore Reimundus de Burgo, nepos Huberti de Burgo, miles quidem nobilis et strenuus, dum spatiatum iret casu super ripam Ligeris, equum insidens nobilissimum, aquam omine infelici intravit. Cum autem iterum ripam, quæ ardua erat, ascendere voluisset, equus retro cadens simul cum suo ascensore miserabiliter est submersus.

PAG. LIN.		
217, 24,	*Novembris*	*addit* Paris., consumpta pecunia infinita, et nobilibus innumerabilibus vel morti datis, vel infirmitate et fame attenuatis, vel ad extremum redactis paupertatem.
— 25,	*ad eum*	regi obviam.
220, 16,	*comitissam*	Isabellam comitissam.
— 22,	*Maii*	*addit* Paris., Rex autem, qui eum indissolubiliter dilexit, cum hæc audivit et cum vidisset corpus defuncti palla coopertum, ex alto trahens suspiria ait, 'Heu, heu mihi! nonne adhuc penitus vindicatus est sanguis beati Thomæ martyris?'
— 24,	*latibulis... e cavernis*	latibulis suis.
— 26,	*discurrentibus*	*deest.*
221, 32,	*concremarant..percusserunt*	concremarant memoratas, sub anathemate concluserunt.
223, 13,	*non audivi*	non sunt famosa nec audivi.
— 25,	*paulisper cessavit*	quievit.
225, 17,	*homines fratris*	omnes fratres.
226, 29,	*Archiepiscopus autem*	Erat namque staturæ elegantissimæ, facundiæ admirabilis, scientia et moribus incomparabilis. Et allegavit pro eo causa justa et favorabilis. Archiepiscopus igitur Cantuariensis Richardus.
227, 1,	*diem clausit*	obiter diem clausit, in domo Fratrum Minorum tertia dieta citra Romam.

PAG. LIN.

227, 3, *impetrata* *addit* Paris., De quo hoc mirabile accidit, quia, cum pontificalibus, sicut moris est, corpus defuncti sepeliendum insigniretur, de nocte venerunt homines illius patriæ, qui hæc omnia oculo fascinante inspexerant, [et] aperuerunt de nocte sepulchrum, cupientes ut annulum et alia insignia episcopalia furarentur, [sed] nulla vi vel ingenio id potuerunt. De quo, non tamen signato, propositum consummare nequiverunt, recesserunt confusi, et pectora sua, in quibus scelerata corda latitabant, percusserunt.

— 6, *Eodem tempore* *B.* has on the margin, here as elsewhere, extended the length of the chapter, the word 'offendiculum.'

— 10, *universis* universis, præcipue Mareschallo.

— 14, *comitem ... revocatus* Mareschallum et comitem Britanniæ rex invitus revocaretur.

— 23, *erat autem .. desiderio defraudati* qui erat regis fidelissimus cancellarius et inconcussa columna veritatis, singulis sua jura, præcipue pauperibus singulis, juste reddens et indilate; in multis regni perturbationibus stans directe, non arundo quolibet vento agitata, nec declinans ad dextram vel sinistram. Constanter igitur petierunt eum monachi memorati, quasi dignissimum et idoneum ecclesiæ suæ approbatum defensorem, potentem verbo et opere, ut feliciter beato Thomæ succederet assimilatus, qui de cancellario factus est archiepi-

scopus. Facta igitur rite electione, præsentaverunt eum regi octavo calendas Octobris; quem rex gratanter, quantum ad se pertinebat, acceptans, de maneriis et rebus aliis ad archiepiscopatum adjacentibus illum protinus investivit. Et monachi Romam profecturi, ad electum suum venientes, petierunt ab illo auxilium ad expensas itineris et servitium curiæ Romanæ, et si qua sunt similia. Sed ille, sentiens in animo illud non penitus carere scrupulo simoniæ ac ambitionis, plane affirmavit quod propter hoc eis nec obolum unum donaret, manus tendens in cælum et dicens, 'Domine Deus omnipotens, si vocandus sum, licet indignus, ad archipræsulatus officium, fiat hoc te disponente; si autem in hac sollicitudine cancellariæ, necnon minoris officii, cui assignor, regno et populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua.' Monachi vero, viri constantiam potius quam rebellionem in hoc verbo pensantes, non ideo minus Romam profecti electionem sive postulationem factam petierunt a papa ut auctoritate sua confirmaret. Dominus itaque papa, facta, ut dicitur, a magistro Simone de Langetuna diligenti inquisitione de persona postulati, respondit, illum curialem esse et illiteratum, rapidum in verbo ac festinum, et, quod durius est, si ad illam dignitatem promoveretur, moliri volentem, ut, anhelante ad hoc rege cum toto regno juvante, excuteret Angliam de sub jugo domini papæ et curiæ Romanæ, qui eidem tenetur sub tributo, ut soluto vinculo tributi, quo irretivit eam rex Johannes, solita Deo et ecclesiæ sanctæ serviret libertate. Et ad hoc vellet usque expositionem capitis decertare, innixus juri et appellationibus Stephani, Cantuariensis archiepiscopi, quas fecit solemniter idem Stephanus ante altare sancti Pauli in ecclesia cathedrali Londinensi, cum redderet coronam Angliæ memoratus rex Johannes in manus legati, conficiens scriptum toti mundo execrabile. Papa autem his auditis sermonibus, postulatione cassata, concessit ut conventus Cantuariensis alium

archiepiscopum ac talem eligerent, qui sibi esset pastor animarum salubris, et ecclesiæ utilis Anglicanæ, et Romanæ fidelis ac devotus. Monachi igitur domum reversi conventui retulerunt quomodo fuerant a suo desiderio defraudati.

PAG.	LIN.		
229,	7,	*Angliam*	diocesim.
230,	8,	*vos incurretis*	vos in possessionibus vestris indubitanter incurretis.
232,	6,	*indumenta*	indumenta cum donativis.
234,	5,	*Johannem*	*deest.*
—	16,	*fiduciali-ter*	*addit* Paris., cum sermonem faceret.
—	26,	*vel mihi vel alii*	mihi et cuidam.
—	31,	*ad ædificationem . . . curabo*	Deo beneplacitis, ut credimus, ad ædificationem audientium referamus.
235,	5,	*furto*	*deest.*
—	—	*clementissimus*	in pace clementissimus.
—	9,	*manusque cum pedibus*	manus vel pedes.
—	18,	*subiret*	*addit* Paris., vel pœna puniretur pecuniali.
237,	18,	*qui . . . celebraret*	ad obsequium defunctorum.
—	20,	*commotus . . . consecravit*	commotis visceribus victus fui pietate, et reposui gladium in vaginam, nolens ei nocere ; et sic ob amorem et reverentiam vivificæ crucis.
—	28,	*ipse solus*	*desunt.*

PAG.	LIN.		
237,	36,	*illum a patria*	a patria sua miles.
—	—	*exulavit*	*addit* Paris., Et hæc misericordia, quam fecit pius rex Richardus, cum aliis hujus operibus, ipsum, ut credimus, a periculis damnationis et cruciatuum citius liberavit.
239,	35,	*signum*	*addit* Paris., Et sicut rebellibus leo fuit imperterritus, sic modestis agnus fuit mansuetus; leo superandis, agnus superatis.
240,	2,	*Dei*	quia jam venit tempus.
—	–	*pœnalibus*	pœnalibus, excocta culparum scoria.
241,	2,	*Wither*	Witham, sive Robertum de Thinge, militem et virum generosum, sed sic palliatum.
242,	19,	*Tuinge, miles strenuus*	Thinge, juvenis elegans et miles strenuus, ex partibus Angliæ aquilonaribus originem præclaram ducens.
243,	20,	*ad propria revertendi*	repatriandi.
—	29,	*Accesserunt*	Decesserunt.
244,	18,	*nefas..provocatus*	tutum forsitan non esset.
—	26,	*Britannum*	Britonem.
—	28,	*argenti*	*addit* Paris., numeratas, et consilio Petri, Wintoniensis episcopi, jam in omni potentatu dominantis.
—	29,	*Pictavensem*	*addit* Paris., memorati episcopi nepotem vel filium.
—	31,	*non plena.. reparavit*	gravidos et refertos reportavit.

PAG. LIN.		
245, 4,	*removit*	licet cartam regis, ut dicitur, haberet ballivæ suæ perpetuandæ, amovit.
247, 8,	*ipse*	corrupit, et.
— 12,	*subtraxit*	copulavit.
— 14,	*nulli .... portaret*	invincibilem reddidit.
— 15,	*vinci potuisset, ipse*	*desunt.*
— 16,	*gemmam*	*deest.*
— 19,	*principi Walliarum*	eidem.
248, 15,	*interfecit*	interfici procuravit; et per incantationes et sortilegia regem ad favorem et sui specialem nimis dilectionem inclinaverat; et quod in disconfitura, quæ erat in mari, prisones multos nobiles ab nautis regis, qui eos juste ceperant, sibi cepit et retinuit spoliandos; alii de injustis exhæredationibus vel exactionibus vel spoliationibus gravem de eo deposuerunt querimoniam.
— 16,	*querimoniam proposuerunt*	conquesti sunt.
— 29,	*studens*	studens ac legens.
250, 7,	*perstringebant ... negotio imperfecto*	persequebantur. Cum autem majoris discretionis cives, videlicet Andreas Bukerel et Johannes Travers et quidam alii, hæc sanius intellexissent, librantes futura scandala, venerunt festinanter ad [domum] episcopi Wintoniensis Petri apud Suthwerck, et excitantes eum a somno

stupido, consilium in hoc articulo diligenter rogitantes, 'Imminet enim periculum tam ex parte ecclesiæ Meretonensis quam civitatis, cum non possit furor tantæ plebis inordinatæ et indomitæ, quin omnia diriperent, diruerent, nec sanguini parcerent, refrænari.' Quibus episcopus cruentum dans consilium respondit, 'Durum hinc, dirum inde; veruntamen præ omnibus, ut præceptum domini vestri adimpleatis, consulo vobis indubitanter.' At ipsi obstupefacti de tali consilio episcopali cœptis insistebant tremebundi, porro plebs avida prædictæ vindictæ inhiabat sitienter; et in crastino ante lucem exeuntes ab urbe ad viginti millia armatorum versus Meretonam vexilla direxerunt et arma, ut mandatum regium prosequerentur effectu. Sed dum hæc audiret prænominatus Hubertus, ante majus altare se in orationibus prosternens corpus suum et animam confidenter Deo commendavit. Interim dum iter agerent cives armati, frendentes in Hubertum, suggestum fuit regi a comite Cestrensi, quod, si talem excitaret seditionem in vulgo irrationali et protervo, posset rex timere, ne seditionem semel motam sedare non valeret cum vellet; dicereturque per totum orbem, præcipue inter Francos et alios, qui de magnis majora loquuntur et de malis pejora, invective et per ironiam, 'Ecce qualis est alumnus regulus Angliæ, qui in suis, et in his qui eum sub alis nutrierunt, novit desævire.' Et dicatur de Huberto, quod de avicula dicitur cuculum nutriente,

'Alis ales alis, alium ne longius ales.'

Missi sunt autem duo æditui ad revocandum populum prædictum catervatim ruentem et sanguinem effundere innocentem sitienter præparatum; quorum unus, raptus equo velocissimo, literas regis deferens, earum auctoritate etiam primos revocavit; alter autem fictus et fraudulentus, qui odio habens comitem Cantiæ Hubertum ipsum trucidari maluit quam liberari, licet jussus accelerare, sponte tardans, nec attigit mediocres; unde

merito ira divina percussus, ad aliquod offendiculum equo cespitante, licet pedetentim ambulante, in terram corruit resupinus, et fracto collo misere, nec tamen miserabiliter, exspiravit. Hæc pia missio facta fuit per Radulphum, episcopum Cicestrensem, tunc cancellarium, virum justum et toti regno fidelissimum, et miseriis Huberti condolentem. Visis igitur literis, stetit exercitus civilis et populus universus; et sic, mutato consilio, rex festinanter nuntiavit ut promotum exercitum illico revocaret. At cives animo nimis consternati reversi sunt in urbem, infecto negotio execrando.

PAG. LIN.

251, 1, *morabatur* *addit* Paris., gloriosi regis et martyris rogaturus de tribulatione consolationem.

— 25, *arctissimis* *addit* Paris., quia non invenerunt promptum fabrum. Vocatus igitur faber quidam ut apponeret genus quoddam compedum, qui vocantur annuli, interrogavit, cujus tibiis illos apponeret; et respondens quidam eorum ait, ‘Huberti de Burc, seductoris convicti et fugitivi.’ At faber ex alto ducens suspirium ait, ‘Fiat de me judicium quod vobis placet; propitietur Deus animæ meæ, vivit enim Dominus, nunquam ferrea vincula apponam illi; antea moriar quocunque discrimine. Nonne est iste Hubertus fidelissimus et magnanimus, qui toties eripuit Angliam a vastatione alienigenarum, et restituit Angliam Angliæ? Qui servivit tam constanter et fideliter in Gasconia, in Normannia, et alibi, regi Johanni suo

domino, ita ut aliquando equos comedere cogebatur; ita etiam quod hostes nostri constantiam in eo laudaverunt mirabilem; qui nobis Doveram, clavem Angliæ, contra regem Galliæ et suam exquisitam potentiam per tempus diuturnum conservavit; qui in mari prosternendo inimicos operatus est salutem? Quid Lincolniæ, quid Bedefordiæ gesta ejus optima referam? Judicet Deus inter ipsum et vos, quia injuste et inhumane eum tractatis; mala pro bonis, imo pessima pro optimis, impendentes.' Hubertus autem, his auditis, tacitus in corde considerabat illud evangelicum, 'Confiteor tibi, Pater cæli et terræ, quia abscondisti causam meam a prudentibus et superbis, et revelasti pauperibus et humilibus; tibi revelavi causam meam, Deus meus. Insurrexerunt enim in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.' Godefridus de Crauecumbe autem et sui, et qui cum eo erant, sermocinationes has parvipendentes, prædictum Hubertum raptantes loris constrictum.

PAG.	LIN.		
251,	27,	*compeditum*	*addit* Paris., super equum, inquam, despicabilem, pedibus sub ventre equi vinctis.
—	29,	*stratum*	statim.
252,	4,	*ejectus*	ejectus et extractus.
—	23,	*Domino*	Deo secretorum conscio.
—	27,	*salutem*	*addit* Paris., et in prædicta capella die ac nocte precibus incumbebat indefessus.
253,	15,	*abjurabit*	*addit* Paris., Eodem tempore Ranulphus, comes Cestriæ et Lincolniæ, apud Walingeford diem clausit extremum, quinto calendas Novembris; cujus corpus delatum est apud Cestriam tumulandum, viscera apud Walingeford tumulabantur. De cu-

jus obitu cum nuntiaretur Huberto de Burgo rumor, et diceretur quod unus de maximis hostibus suis mortuus esset, ille assumpto gemitu ait, ‘Propitietur ei Dominus. Ille homo meus fuit de manibus suis, nec tamen unquam mihi profuit, ubi obesse potuit.’ Et accipiens psalterium stetit ante altare, scilicet in capella, obsessus ubi tunc erat, et incipiens stando complevit usque in finem devote pro anima Ranulphi sæpedicti. Successit eidem Ranulpho in comitatu Cestriæ Johannes nepos ejus ex sorore sua, quem genuit comes David frater Willelmi regis Scotorum; alius autem nepos ejus ex sorore sua Lincolniæ obtinuit comitatum, et de barone comes effectus est; comes quoque Harundel, alius nepos ejus, quingentas libratas terræ suscepit.

PAG. LIN.		
253, 27,	*sæpe dicti ... Londoniarum*	ducentes.
— 29,	*deputatur in turri*	deputaretur, in turri scilicet Londoniensi.
— 33,	*Henricus*	Eodem tempore misit dictus rex literas eis, quos idoneos decreverat collectores quadragesimæ sibi concessæ, sub hac forma; ‘Henricus.
254, 16,	*præbendatis*	præbendalibus.
256, 6,	*ei*	Ranulpho.
257, 12,	*Præcepit*	Petiit.
— 21,	*octo millia ... excedebant*	vasa aurea et argentea impretiabilia, et denarios, et gemmas multas pretiosas, quæ si numerarentur, admirationem audientibus rei veritas generaret.
— 30,	*rex*	rex aliquantulum ad se reversus.

PAG.	LIN.		
257,	31,	*avunculo*	patruo.
—	35,	*et his dictis . . . provideret*	ac vir sanguinum, in eum, qui diu mihi meisque antecessoribus in multis servivit periculis, plus pensando mala, quæ adhuc non sunt manifesta ac pro vero probata, quam multa bona, de quibus regno et nobis constat universis, retribuere.' Et, his dictis, flexus in misericordiam concessit Huberto omnes terras, quas ex dono patris sui vel ex emptione possidebat, ut inde sibi ac suis necessaria provideret. At Hubertus aliquantulum jam erectus constituit providenter fidelem ac providum supra terras sibi concessas custodem ac seneschallum, Laurentium scilicet, clericum de sancto Albano, qui in omnibus tribulationibus eidem exstitit Huberto solatium singulare et immobilis columna veritatis.
258,	3,	*frater . . . Richardus comes*	*desunt.*
—	14,	*desit*	deest ad consuetudinem.
263,	19,	*dicta sufficiant*	sunt manifestata.
—	—	*sufficiant*	*addit* Paris., Item scripsit dominus papa super eadem visitatione facienda in ecclesiis exemptis, in provincia Cantuariensi sitis, in hæc verba; ' Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis de Boxle, Cisterciensis, et de Bekeham, Præmonstratensis ordinis, ab-

batibus, Roffensis et Cicestrensis diocesum, et præcentori ecclesiæ Christi Cantuariensis, salutem et apostolicam benedictionem. Ille callidus supplantator, calumniator iniquus, qui non miratur quod flumen absorbet nisi et ut Jordanis influat in os ejus, escas concupiscens electas, illis jacit pedicas in jacturam, qui stare probabiliter videbantur; eosque variis incursibus non desinit attentare, qui, ut ejus effugerent laqueos, se in claustralibus castris receptarunt. Quare nos, et istius obviare malitiæ, et horum, prout interest nostra, saluti consulere cupientes, libenter remedia, quæ possumus, procuramus, ut præda de illius faucibus auferatur. Intelligimus siquidem quod nonnulla monasteria exempta Cantuariensis diocesis in spiritualibus deformata et in temporalibus sint graviter diminuta, dum monachi et moniales eorum, diabolica suggestione seducti, immemores pacti Domini Dei sui, quo non solum sua sed seipsos professione ordinis abnegarunt, nec Ananiæ et Saphiræ mortis sententiam formidantes, non sine furti nota et noxa, monasteriorum bona improprie sibi appropriant et retentant, venantur non venialiter lucra pecuniaria mercimoniis et usuris, sed et disciplina monastica ordinis profligati personæ patent contemptui et religio blasphematur. Ne igitur talium culpas nostras efficere videamur dum eas reliquerimus incorrectas, visitationem, correctionem, et reformationem monasteriorum ipsorum, tam in capite quam in membris, vobis, de quorum fide ac discretione indubitatam fiduciam obtinemus, super his et aliis committimus confidenter; concessa vobis super prædictis, appellatione remota, plenaria potestate, ac statutis in principali capitulo rite factis in suo robore nihilominus duraturis. Quocirca discretionem vestram rogamus et exhortamur attente, per apostolica vobis scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandantes, quatenus præmissa juxta spem nostram taliter exsequi studeatis, quod Deo gratum et nobis posset esse acceptum. Contradictores, si qui fuerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione

postposita, compescatis; alioquin in extremo examine de manibus vestris requirat eorum sanguinem Dominus ultionum. Quod si non omnes his exsequendis poteritis interesse, duo vestrum nihilominus ea exsequantur. Data,' et cætera. Mandati igitur hujus exsecutores vehementius, et secus quam deceret, se primo in abbatiam sancti Augustini Cantuariensis ingerentes, seque supra se incomposite efferentes, præcipue abbas de Boxle, adeo monachos perterruerunt, quod ad remedium appellationis coram præsentia domini papæ necessario confugerunt; et Romam profecti, consumpto labore et effusa pecunia, alios visitatores impetrarunt. Similiter et illi de Westmonasterio, et illi de sancto Ædmundo; quorum abbas piæ memoriæ Richardus, cognomento de Insula, genere clarus sed moribus clarior, dum ut parceret expensis in partibus commorans transmarinis, viam ingressus est carnis universæ. Abbas vero sancti Albani et conventus, privilegiorum eminentiis, quibus insignita est ecclesia beati Albani Anglorum protomartyris, innitentes, inducias semel et iterum petierunt. Interim piæ memoriæ Willelmus, abbas ejusdem domus, sicut suo loco et tempore dicetur, in damnum magnum et ruinam ecclesiæ suæ, naturæ debitum persolvit mortalibus diffinitum.

PAG. LIN.	
263, 23, *excusaret*	purgaret; qui, post multos labores et spoliationem obiter et emunctionem loculorum in curia, domum remeavit.
264, 12, *filio ejus*	caro suo.
265, 6, *querimoniam*	causam.
266, 5, *decertarent*	viriliter decertarent.
— 22, *circa solem naturalem . . . laberetur*	præter solem naturalem, rubei coloris; quidam magnus circulus crystallini coloris, latitudine quasi bipedali, amplitudine cingens quasi

totam Angliam ; a cujus lateribus exibant semicirculi, in quorum sectionibus apparuerunt illi quatuor soles memorati, vero sole existente in plaga orientali, et aere purissimo ; et quoniam non potest illud prodigiale portentum verbis describi, signo demonstrativo figuratur. Ipso cælo sic circinato existente exemplari, immediate multi similitudinem rei sic apparentis pinxerunt, prop-



Signum in cælo admirabile, visum in Anglia anno Domini MCCXXXIII., sexto idus Aprilis, regni vero Henrici tertii anno decimo septimo. Duravit ab ortu solis usque ad meridiem.

ter rei novitatem admirandum. Hæc visio multis apparuit, ex quibus unus fuit Johannes, episcopus Herefortensis, qui figuras coram se non festinanter, sed spatio sufficienti, fecit circinari per manum capellani sui nimis perspicacis et ingeniosi, domini scilicet Willelmi canonici. Et ad idem insolitum spectaculum astitit Johannes de Munemue et alii innumerabiles, qui de tam incredibili miraculo testimonium perhibent veritati ; et verum est eorum testimonium.

PAG. LIN.

267, 18, *memorati* *addit* Paris., Scripsit etiam idem episcopus imperatori, ut suas partes interponeret circa promotionem prædicti Johannis versus papam ;

unde papa perpendens notam simoniæ et ambitionis dixit in corde suo illud Ovidianum,

'Et stricto supplicat ense potens.'

Unde cor domini papæ non erat bene cum eo.

PAG. LIN.	
267, 22, *creditur reprobatus*	quia carebat dispensatione, creditur reprobatus ; licet allegatum fuerit contra, quod ea possederat ante concilium.
— 24, *viduata*	*addit* Paris., similis facta Saræ uxori Tobiæ et filiæ Raguelis, tot viris viduatæ.
— 27, *canonicum*	*addit* Paris., virum honestæ conversationis et bene literatum.
268, 23, *tertio*	secundo et tertio.
— 25, *quidam*	quidam, Robertus Bacun.
— 32, *regi*	*deest.*
— — *significavit*	rex aliquantulum in seipso se recolligens cor suum rationi inclinavit, et, cum sic videret eum mitigatum, quidam clericus de curia, scilicet Rogerus Bacun, jocundus in sermone, jocunde ac lepide, cynice tamen reprehendens, ait, 'Domine mi rex, quid plus nocet trans fretum navigantibus, aut quid plus terret?' At rex, 'Noverunt facientes operationes in aquis multis.' At clericus ; 'Domine, dicam ; petræ et rupes ;' ac [si] diceretur Petrus de Rupibus. Hoc enim erat nomen episcopi Wintoniensis cum tali cognomento. Significavit ergo rex.

PAG.	LIN.		
269,	6,	*signum vidissent*	vidissent vestigium, suspectas habentes Pictaviensium innatas versutias.
—	20,	*satagebant*	satagentes, ad illud nomen, quod ei per quoddam præsagium datum est, scilicet Johannes extorris, fere detruserunt.
—	25,	*Rex autem*	jactitans se arduum et non scurrile velle et scire dare consilium, utpote qui aliquando consilium in partibus orientalibus rexit imperiale, et quod tam Saracenis quam aliis nationibus erat prudentia ejus formidabilis. Rex autem, in partem jam reversus deteriorem.
—	31,	*traderetur*	puniretur.
270,	15,	*sorore sua*	sorore sua Isabella.
—	25,	*sororis suæ*	fœmineis, erat enim vir nobilis pectoris.
—	26,	*ostendit*	ostendisset mulier.
271,	15,	*Marescallus*	*addit* Paris., miles incomparabilis.
—	18,	*qui eis adhærebant*	non ignobilibus, sibi eo adhærentibus.
—	19,	*rex*	rex Angliæ Henricus.
—	21,	*dedit*	*addit* Paris., addens dolorem super dolorem, vulnera imprimendo vulneribus.
—	35,	*Norwalliæ*	Walliæ.
272,	1,	*contra regem*	*desunt.*
—	3,	*assumptionis*	*deest.*
—	5,	*venientes*	*addit* Paris., et ex Flandria Baldewinus de Gysnes cum sua custodia.

PAG. LIN.	
272, 8, *promovit*	*addit* Paris., numerosum. Hoc anno mortuus est Warinus Basset in obsidione et insultu castri de Kaerdif.
274, 9, *noctis*	noctis hora in.
— 12, *castelli*	*addit* Paris., facto pius et sceleratus eodem.
275, 4, *reducunt*	raptim reducunt.
— 22, *invito*	concedente sed invito.
— 29, *Per idem tempus*	On the margin of *B.* is written the following rubric, ' De factis vel dictis ipsius comitis non est modo multum curandum; aliquando enim Dei ira et occultorum ultio memoriam omnium gestorum suorum exsufflavit cum vita multorum; sed quia tunc credebatur, cum viveret, quod aliquod arduum et dignum memoria de eo fuerat affuturum, plenius ipsius gesta explicavimus.' There is then added the note, ' Ne cures usque huc)-|-|-|-(,' a sign corresponding with one at the end of the marshal's history.
276, 15, *episcopi*	*deest.*
— 18, *quos . . . . Proditores eos vocabat*	Et aliæ favorabiles personæ, utpote Fratres Prædicatores et Minores, quos rex solito venerabatur et exaudivit, eum attentius hortabantur, ut ipse debita dilectione homines suos naturales studeret amplexari, quos absque judicio parium suorum coegerat exulare extorres, villas eorum cremaverat, sylvas et pomaria succiderat, et stagna destrux-

erat; et malorum malo ductus et seductus consilio fideles suos, quos sanguis nativus flecti non permitteret, pro aliis ventilatis postponit, et, quod pejus est, proditores vocat.

PAG. LIN.	
276, 27, *exulare*	proscribere.
— 33, *filium ejus*	filium ejus aut consanguineum.
277, 4, *immutaverant*	immutaverant vel immutarent.
— 18, *fuerat*	fuit, in jus suum assumptum.
— 26, *armatis*	armatis . . . icis suis.
278, 13, *protraxisset*	pertraxisset.
— 26, *ducebat*	rapiebat.
— 28, *ex omnibus*	indiscrete rebellantes, potius a semetipsis quam ab aliis.
279, 4, *nudi*	quasi spoliati a vespilionibus in compitis.
— — *quæ sua erant*	sua illuc delata.
— 7, *pecuniam*	*addit* Paris., necnon et stratilectilia cum viaticis.
— — *universam*	*deest.*
— 8, *ad propria*	*desunt.*
— 19, *plurimos*	*addit* Paris., quod dirum omen solet significare.
280, 2, *miles strenuus . . . . cogitabat*	Flandrensis natione, miles strenuus, quem rex suis vocavit et tenuit stipendiis, et eidem illud castellum commiserat custodiendum, cum Pictavensibus et Flandrensibus quamplurimis; et intelligens quo Marescallus erat, quem vidit castellum cum paucis explorare, erupit, im-

petum faciens vehementem, cum multis viris fortissimis et eleganter armatis, cupiens nomine famoso perpetuo intitulari, et rapido equorum cursu ad illum tendens captum cum suis omnibus in oppidum detrudere cogitabat.

PAG.	LIN.		
280,	12,	*dicentes*	*addit* Paris., et temerarium.
—	—	*armatis*	armatis comitatum.
—	15,	*facturum*	incepturum.
—	16,	*exhortans.. inulti*	exhortatur igitur omnes, ut, viriliter defensioni vacantes, hostiles impetus conentur propulsare.
—	19,	*agebant*	strenue agebant.
—	21,	*contra*	*deest.*
—	22,	*dimicabant*	sustinebant.
—	29,	*sed ... reddebat*	eum frequenter hostili sanguine inebriavit.
—	36,	*importunum*	magis importunum.
—	37,	*arripuit*	*addit* Paris., fortiter et revolvit viriliter.
281,	3,	*in armis strenuus*	bellicosus.
—	24,	*mortuum*	seminecem vel magis mortuum.
282,	1,	*conclusi*	conclusi, vix redempti.
283,	8,	*posset*	*addit* Paris., et convenienter.
—	11,	*confideret*	plenam confidentiam reportaret.
284,	34,	*qui venient in Angliam*	*desunt.*
285,	2,	*totam terram*	faciem terræ.
—	13,	*ipse ... ab ipsis*	ab ipsis regnum suum.
—	17,	*subjugatum*	*addit* Paris., quod Dei avertat providentia.

PAG. LIN.		
285, 23,	*jurat*	aliquo prorumpens in iram spiritu effræni juravit.
— —	*tot*	tot alienigenas.
— 24,	*terram*	*addit* Paris., Ita quam suspecti quam timendi sunt Pictavenses, ut congruat illis illud poeticum, 'Timeo[1] Danaos et dona ferentes.' Prætermitto sub silentio quid, suspendio morituri apud Bedeford, de ipso episcopo Wintoniensi et comite Cestriæ cum juramento affirmarunt.
— 28,	*credibilis est*	deprecabilis, et tum demum regius sanguis vincitur, cum se vicisse conspexerit.
— 31,	*dicit*	*deest.*
— 33,	*sentimus*	*addit* Paris., et adhuc timentes laqueos, quos evasimus.
— 34,	*credibilis.. se ipso*	mente nobilis, sicut et sanguine, exorabilis necnon et credibilis, quem Deus diu talem conservet, verum est.
286, 6,	*credere non*	credendum est nec.
— 7,	*vidi*	*addit* Paris., operibus enim credendum est.
— 18,	*contra justitiam impendant*	Ahitophel et contra justitiam scienter impendebant.
— 23,	*excommunicati sunt*	*addit* Paris., 'Rumor de veteri faciet ventura timeri; Cras poterunt fieri turpia, sicut heri.' Et alius sapiens, 'Felix quem faciunt aliena pericula cautum.'

[1] *Timeo.*] Virgil. Æn. ii. 49.

PAG. LIN.

287, 29, *Wallensibus* — *addit* Paris., et videtur hoc fecisse in odium et damnum regis.

288, 7, *cum voluerit* — *desunt.*

— 15, *reddere* — redditum restaurare.

— 27, *regi impendunt* — dant.

— 31, *plures* — plures discreti.

289, 2, *pertineat* — *addit* Paris., Circa idem tempus rex Angliæ Henricus quandam decentem ecclesiam et congregationi conventuali sufficientem, cum quibusdam ædificiis adjacentibus, propriis sumptibus fabricavit in loco ubi domum Conversorum, pro redemptione animæ suæ et regis Johannis patris sui et omnium antecessorum suorum, constituit anno regni sui decimo septimo, videlicet Londoniis, haud procul a Veteri Templo; ad quam domum confugientes Judæi conversi, relicta Judaismi cæcitate, sub quadam honesta vivendi regula certum haberent in tota vita sua domicilium, tutum refugium, et sufficiens vitæ sustentamentum, sine servili labore et fœnoris emolumento. Unde factum est, quod in brevi congregatus est ibidem conversorum numerus copiosus, et ibidem baptizati et Christianorum lege instructi vivunt laudabiliter, perito rectore ad hoc specialiter deputato gubernati. Similiter Spiritu Sancto tactus et pietatis intuitu compunc-

tus rex Angliæ Henricus quoddam nobile hospitale Oxoniis constituit, non procul a ponte, ut ibidem infirmi et peregrini suæ remedium reciperent sanitatis et necessitatis.

PAG.	LIN.		
289,	21,	*mortalibus*	*addit* Paris., quod comminabatur.
—	33,	*emittentes.. venientes*	clangentibus erumpentes.
—	34,	*præmunitos*	præmunitos invadentes.
290,	1,	*in fugam*	fugam inire repentinam.
—	8,	*mendicum, et sic*	egentem. His ita gestis.
—	10,	*recepit*	recepit municipia lætabundus.
—	16,	*et*	Cornubiæ.
—	18,	*in stabulis ... concremarunt*	in bostaribus, caballis quoque in stabulis, necnon gregibus in caulis, incendio tradiderunt.
—	29,	*isti*	prænominati.
291,	2,	*cremata*	concremarunt.
—	–	*radicitus exstirpata*	et si qua sunt similia, radicitus exstirpantes.
—	11,	*igne combusserunt*	in parte favillæ tradiderunt.
292,	4,	*filius ejus*	filius ejus aut consanguineus.
293,	18,	*Hiberniæ proceres*	Hibernienses.
—	26,	*sæpe dicti*	*addit* Paris., violentia proditiosa, subrepto sigillo regio ab Hugone, Cicestrensi episcopo, tunc cancellario, non huic fraudi consentiente.
—	31,	*scriptum*	scriptum sigillo regio communitum.
294,	4,	*diviserunt*	dividentes, ut talibus saltem injuriis provocatus ac lacessitus in Hiberniam transfretaret.

PAG. LIN.		
294, 24,	*pes .. omnibus*	unus eorum.
— 27,	*suam .... recesserunt*	ditati ac lætabundi.
— 29,	*recesserunt*	*addit* Paris., Similiter in partibus Alemanniæ fines contingentibus hæreticos quosdam multiplicatos consimili miseria involvit Dominus omnipotens, ut fidelis unus fugaret mille, et duo decem millia persequerentur; conclusit enim eos Dominus in quodam loco palustri, in quo refugium speraverunt, mari ex parte altera existente illis pro repagulo, in quo peremptus est infidelium hæreticorum a Christianis numerus infinitus. Hoc anno firmatæ sunt treugæ inter regem et comitem Richardum Marescallum.
— 32,	*Hispania*	remotis partibus.
295, 5,	*ille*	ille prænominatus.
— 7,	*excommunicavit .. pacificatus est*	necnon quosdam, qui regi suggesserunt exasperando, episcopos foventes partes Marescalli velle alium regem creare, commotus est vehementer, maxime adversus Rogerum de Cantelu, legistam, arguens eum sceleris paterni, dicens, quod patris sui proditoris et suspensi pro eadem proditione sequens vestigia patrissavit. Excommunicavit igitur incontinenti omnes qui contra regem iniquitatem hujusmodi sceleris cogitabant, vel super episcopos, qui omnino de salute et honore regis sollicitabantur, malitiose talia impone-

bant. Et sic manifestata episcoporum ac probata innocentia, confusis discordiæ seminatoribus, siluit legista prænominatus, ab anathemate, ut videbatur, non immunis. Sic igitur intervenientibus episcopis qui aderant, pacificatus est Alexander Cestrensis episcopus, et quievit spiritus illius, nimis ante amaricatus.

PAG. LIN.		
295, 20,	*Rivallis*	*addit* Paris., et complicium suorum.
— 21,	*odio habent*	odio habent et contemnunt.
— 23,	*a gente vestra*	ab amore gentis vestræ et corda nostra.
— 24,	*ut apparet ... Marescalli*	quod apparet in Marescallo.
— 25,	*et hæc ... pervertunt*	quem per mendacia interseminata a vobis elongantes perverterunt.
— 29,	*et post...et*	deinde ... post.
— 33,	*turbatum*	temporibus nostris turbatum.
— 34,	*pater vester ... perdidistis*	denique factum est regnum tributarium, et princeps provinciarum facta est, proh dolor! ignobilibus sub tributo. Et, inita guerra et diu protelata, mortuus est pater vester quasi extorris, nec in pace regni vel animi; et sic mortem per eos admodum incurrit periculosam. Per idem concilium contra vos detentum fuit castellum de Bedeford, ubi multum thesaurum et strenuos homines perdidisti; ob quam causam interim Rupellam in ignominiam totius regni tui amisisti.'
296, 1,	*illa*	*deest.*
— —	*quæ...regno vestro*	nunc imminens toto regno periculosa.

PAG. LIN.	
296, 6, *integrum.. vestrum*	thesaurum inexhaustum.
— 8, *tenemur*	astringimur obligati.
— 13, *terræ vestræ*	vestram.
— 16, *sua*	*addit* Paris., placet talis exspectatio.
— 17, *scietis postea*	in fine, ut credimus, comprobabis.
— 19, *vel præcepto*	*desunt.*
— 20, *unde constat quod*	quasi.
— 29, *mulieres*	alias mulieres nubiles.
— 36, *scripturam*	scripturæ munimentum.
297, 23, *Burgo*	*addit* Paris., quæ se admodum illi humiliavit.
298, 2, *non modica*	*desunt.*
— — *suarum*	suarum advenire.
— 11, *guerræ*	*addit* Paris., quæ exlex est.
— 19, *pallio*	pallio, quod caute ei de curia Romana Simon de Legro, ejus ecclesiæ monachus, detulerat.
299, 1, *regi audacter*	expresse.
— 9, *adclinaret*	obtemperaret.
— 17, *incontinenti*	incontinenti redderet et.
— 33, *statum*	statum prosperum.
300, 12, *in Hiberniam*	*desunt.*
— 13, *malitiam*	impetus.
— 15, *sed infidelis*	senex infidelis.

PAG.	LIN.		
300,	20,	*subjugaret*	sic sibi totam subjugaret.
—	21,	*Marescallus...exercitum*	asserens jus suum ei auxiliaturum, viribusque martiis non destituendum. Cumque hæsitasset Marescallus de consensu proditorum, timens non vires sed fraudes innatas Hiberniensibus, et libraret rationis trutina eventus fortuitos bellorum, respondit Galfridus, 'Quid times? credendum est te nunquam fuisse filium victoriosissimi Willelmi veteris Marescalli, qui irrumpentibus hostibus nunquam dedit terga. Ecce victoria pro foribus; ecce jus tuum avitum, quod te contingit jure lineari; quod invicti antecessores tui, qui de Strangbove cognomen acceperunt, strenue conquisiverunt. Nunquid incipis degenerare?' Marescallus vero his verbis, ac si ratione ac fide fulcirentur, fidem adhibens, erectus in confidentiam, per totam terram suam profectus est, exercitum congregans.
—	27,	*aliorum*	Hibernensium vel aliorum.
—	30,	*audentes*	*addit* Paris., immo quasi fulgurantem procellam formidantes.
—	31,	*ad loca*	loca petentes.
301,	1,	*præparabant*	*addit* Paris., habentes milites centum et sexaginta, pedites duo millia, cum armis suis.
—	2,	*magnis promissionibus*	majoribus pollicitis.
—	25,	*fecit*	faciens.

PAG. LIN.		
301, 26,	*igne . . . destruxit*	concremavit, terras destruxit, evulsit pomaria, exhausit vivaria.
— 31,	*absolutus*	licenter absolvebat.
302, 17,	*qui . . . 'Et tu modo*	alter Achitophel, malum condens in pectore consilium, qui Marescallo dolose adhærebat, conscius provisæ proditionis ac socius, prorupit in vocem tergiversationis; adversus eum quasi ex caritate loquens, ait, ' Hoc est quod præcinui, te scilicet multum dissimilem invicto Willelmo veteri Marescallo, quem vidi, quem amavi, cui servivi, quem dilexi; qui in pace tractabilis ac discretus, in bello insuperabilis, omnes occidentales strenuitate superabat. ' Et tu modo, ut prius dixi.
— 27,	*impediant progressum tuum*	scilicet ingressum tuum et negotium tuum, quod in procinctu est, valeant impedire.
— 30,	*præparatum . . . per fugam*	accinctum, ut ante leonem pecudes, terga vertentes universi.
303, 6,	*audacissimis*	*addit* Paris., et ad unguem armatis.
— 10,	*et . . . qui*	pollicita ampliora multiplicantes, qui idcirco.
— 20,	*advenerat*	*addit* Paris., quorum figmentum et teporem pro magna parte cognoverant.
— 23,	*discurrentibus*	emicantibus fortunam belli.
304, 14,	*obtinere*	habere impudenter.
— 18,	*omne*	imminenti extinguaturque penitus.

PAG. LIN.		
304, 20,	*exercendi*	*addit* Paris., Me autem nunc exspectat belli anceps occasio, nec patet nisi cum dedecore diverticulum. Galeatum sero duelli pœnitet.
305, 17,	*sex milites ex eis*	aliquot ex eisdem.
— 18,	*hoc viso ... ut gigas*	ex eo miles quidam Hibernicus.
— 25,	*inquit ... accedam*	*desunt.*
— 28,	*uno ictu*	fere.
306, 1,	*usque ad umbilicum*	trium ictuum indistanti repetitione dissipavit et contrivit.
— 8,	*ad terram*	et enervantes.
— 10,	*confossum*	*addit* Paris., sanguine eliquato seminecem.
— 11,	*ex equo ... non potuissent*	de equo ejicere non potuerunt.
— 16,	*in posteriora ... vulneraverunt*	jam præcipitem. Quorum unus videns occiduam partem dorsi minus armis communitam percussit eum in posteriora, loricam sublevando, cum quodam genere cultelli, quod vulgariter 'Anelacius' nuncupatur, et lethaliter vulneravit eum, cultellum usque ad manubrium immergendo.
— 28,	*Et, his ita gestis .... possessionibus incumbentes*	*Quibus artibus papa pecuniam extorserit.* Et dum talia mundialis rota volvendo perturbaret in partibus vicinis, in regnis orientalibus sicut et in occidentalibus consimilis, imo molestior, inter Christianos misera

fuit perturbatio; dominus enim papa occasionem sumens a prædicta imperatoris persecutione, argumentosas extorsiones, præcipue in Anglia, excogitans et multiplicans, legatos sub specie simplicium nuntiorum, potestatem tamen habentes legatorum, undique destinavit, qui multifariam exegerunt pecuniam, nunc prædicando, nunc supplicando, nunc præcipiendo, nunc comminando, nunc excommunicando, nunc procurationes exigendo, per regnum Angliæ infinitos extorres reddiderunt et mendicantes; et ut efficacius thesauros omnium emungerent, et pecuniam quasi ad succursum Terræ sanctæ undique colligerent, cujus tamen pecuniæ voluit suos, quos ad hoc ordinaret, esse collectores et dispensatores, nec tamen inde unquam sensit ecclesia promotionem, scripsit dominus papa omnibus Christi fidelibus in hæc verba elegantissima, quæ corda hominum lapidea viderentur penetrare, nisi facta humilitati ac justitiæ luce clarius adversantia sequerentur.

Epistola Gregorii papæ de negotio crucis.

'Gregorius episcopus, servus servorum Dei, universis domini nostri Jesu Christi fidelibus per regnum Angliæ constitutis, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Rachel suum videns in veræ fidei cognitione principium accrescentium in salutem, et filiorum dexteræ pia mater sancta Romana ecclesia, cujus magna est quasi mare de suæ prolis internecione contritio, vocem lamentationis, fletus, et luctus emisit hactenus et emittit, quam audiri cupimus in excelso, ut per diem et noctem fidelium oculi doloris lachrymam deducentes non taceant, et donec misereatur Dominus non quiescant. Lamentatur autem, quia domus cælestis panis, mons Syon, unde lex exiit, civitas Regis magni, de qua dicta et scripta multa gloriosa, terra quam Dei Filius fuso pro nobis suo sanguine consecravit, regni robur perdidit et fortitudinem. Flet, quia quondam libera, sub impio tyrannidis jugo cogitur an-

cillari. Luget, quia ubi pacem multitudo cælestis militiæ cecinit, ibi pressura gentis immundissimæ scandalorum spurcitie abominabiles simultates et schismata suscitavit, ac innovans exordia præliorum misit ad desiderabilia manum suam et sacrorum ordinum pias leges, et ipsius naturæ jura relegans a templo Domini, diversis ibidem spurcitiis detestabilibus et ignominiosis vitiis introductis, turpiter in suo stercore computrescit. Et ideo Hierusalem, in suis derisa sabbathis, obsorduit quasi polluta menstruis suos inter inimicos. Nam licet dudum carissimo in Christo filio nostro Frederico, Romanorum imperatori semper augusto, Hierusalem et Siciliæ regi illustri, civitas eadem, præter templum Domini, fuerit restituta; tamen, quia Deus omnipotens tunc magnificentius agere cum populo suo Christiano non adjecit, imperator prædictus treugas iniit cum Soldano, quarum terminus adeo est vicinus, quod tempus medium præparationi vix sufficere creditur, nisi ad quæque necessaria per promptitudinem, spem, et fervorem fidei festinetur. Ad ejus ergo succursum nullum tædeat peregrinari et pro patria certare cum spe victoriæ, pro corona mori, pro vita, pro Illo sustinere dura et tristia, qui, confusione concepta, sputo conspersus, cæsus alapis, flagellis afflictus, coronatus spinis, coram Pilato sisti, tanquam multorum criminum reus, pertulit. Crucifixus ad ultimum et potatus felle, lancea perforatus, emittens cum clamore valido spiritum, pro conditionis humanæ viribus reparandis, cursum præsentis vitæ saturatus injuriis consummavit. Hic est, ut repetamus altius, qui de paterno solio gloriæ, cælis mirabiliter inclinatis, ad nostræ mortalitatis ima descendens, non dedignatus est, Deus et homo, Creator fieri creatura, suscipere Dominus formam servi; ut, qui non poteramus per nostram justitiam sperare veniam, consecuti per hæc gratiam inauditam, hæredes Dei, cohæredes vero Christi, divinitatis consortium, felicitatis æternæ participium sortiremur. Et licet per gratiam adoptati quotidie causas ingrati-

tudinis cumulemus, Ipse tamen abundat in divitiis bonitatis, dum propter diversitatem voluntatum, virium facultatem, delinquentibus diversa pro tempore satisfaciendi genera contulit, varia medendi languentibus remedia suscitavit; dum terram, in qua nasci, mori, et resurgere voluit, tam diu ad exercitationem fidelium ab infidelibus detineri permittit, cum non sit abbreviata manus Domini, nec virtus ejus in aliquo diminuta, quin eam, sicut fecit cuncta de nihilo, liberare valeat in momento. Sed illas compassionis et dilectionis gratias exquirit ab homine, quibus ad omnis consummationis finem legisque plenitudinem ostendendam ipse prior homini perdito et damnato voluit miseratus adesse; qui nullatenus permisisset manus impias contra pios usque adeo roborari, nisi et suam vindicari de nostra confusione providisset injuriam, et servari nostram de sua victoria disciplinam. Sub hac occasione delicati plurimi satisfacere pro modo criminum non valentes nec volentes velut in profundo malorum penitus desperassent, nisi occurrisset eis hæc tabula; [1]ut, per hoc compendium suis peccatis pro Christo animabus consummati, breviter multorum temporum spatia complevissent. Multi etiam invenire locum ubi steterunt pedes Domini cupientes, prius ad bravium sine cursu, vel potius ad coronam sine gladio, pervenerunt; Illo suum remunerante militem, qui solam considerat in oblatione voluntatem. Ut autem propter præmissa fideles efficaciter et potenter expergentur, nos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, ex illa quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atque solvendi contulit potestatem, omnibus, qui laborem istum in propriis personis subierint et in expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, veniam indulgemus, et in retributione justorum salutis æternæ pollicemur augmentum.

---

[1] *Ut ... complevissent.*] Sic in Concil. Collect. ed. Reg. tom. xxviii. p. 310.

Eis autem qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis duntaxat expensis juxta facultatem et quantitatem suam viros idoneos destinaverint, et illis similiter, qui, licet in alienis expensis, in propriis tamen personis accesserint, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Hujus quoque remissionis volumus et concedimus esse participes, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, omnes qui ad subventionem ipsius terræ de bonis suis congrue ministrabunt. Personas quoque ipsorum et bona, ex quo crucem susceperunt, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, necnon et eadem sub archiepiscoporum et omnium prælatorum ecclesiæ Dei defensione consistant; statuentes, ut, donec de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integra maneant et secura consistant. Porro ecclesiarum prælati, qui in exhibenda justitia cruce signatis et eorum familiis negligentes exstiterint, sciant se graviter puniendos. Quod si quisquam contraire præsumpserit, per ecclesiarum prælatos, appellatione postposita, censura ecclesiastica compescatur. Si qui vero proficiscentium illuc ad præstandas usuras juramento tenentur astricti, creditores eorum per ecclesiarum prælatos, ut remittant eis præstitum juramentum et ab usurarum exactione desistant, eadem præcipimus districtione compelli. Quod si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum, eum ad restitutionem earum simili cogi animadversione mandamus; Judæos vero ad remittendas ipsis usuras per sæcularem compelli præcipimus potestatem; et, donec illis remiserint, ab universis Christi fidelibus, tam in mercimoniis quam in aliis, per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur. Hiis vero, qui Judæis debita solvere nequeunt in præsenti, sic principes sæculares utili dilatione provideant, quod post iter arreptum, usquequo de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, usurarum non incurrant incommoda; compulsis Judæis proventus pignorum, quos interim perceperunt, in sortem expensis

necessariis deductis computare; cum hujus beneficium non multum videatur habere dispendii, quia solutionem sic prorogat, quod debita non absorbet. Ut autem Terræ sanctæ subsidium divisum in plurimos facilius impendatur, obsecramus omnes et singulos per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, unum solum verum æternum Deum, postulantes vice Christi, pro Christo, ab archiepiscopis et episcopis, abbatibus et prioribus, et tam cathedralium quam aliarum conventualium ecclesiarum capitulis, et clericis universis, necnon civitatibus, villis, et oppidis, competentem numerum bellatorum, cum expensis necessariis secundum proprias facultates, in succursum Terræ sanctæ alacriter destinare; et, si ad hoc unumquodlibet non sufficiat, plura conjungantur in unum, quia pro certo speramus quod personæ non deerunt si expensæ non defuerint. Postulantes hoc ipsum a regibus et principibus, comitibus et baronibus, aliisque magnatibus, qui forsitan per seipsos personaliter non accesserint ad obsequium Crucifixi; a civitatibus vero marinis navale subsidium postulamus. Clericis vero ad hoc negotium necessariis providimus indulgendum, ut, omni contradictione cessante, beneficiorum suorum proventus propter hoc valeant ad triennium pignori obligare; ita tamen quod illi, quibus committendos duxerint vel etiam obligandos, infra præscriptum tempus cum ea integritate proventus percipiant antedictos, cum qua ipsi eos perceperint si in ecclesiis, in quibus ipsos obtinent, personaliter residerent. Quia vero subsidium Terræ sanctæ multum impediri vel retardari contingeret si ante susceptionem crucis quemlibet examinare oporteret an esset idoneus et sufficiens ad hujus votum personaliter prosequendum, concedimus ut, regularibus personis exceptis, suscipiant quicunque voluerint signum crucis ; ita quod, si urgens necessitas aut evidens utilitas postulaverit, votum ipsum de mandato apostolico possit commutari, aut redimi, aut differri. Universis autem ecclesiarum prælatis districte præcipimus, ut singuli per

loca sua illos, qui signum crucis deposuerunt, resumere, ac tam ipsos quam alios cruce signatos et quos adhuc signari contigerit, ad reddendum Domino vota sua diligenter moneant et inducant. Cæterum, quia cursarii et piratæ nimis impediunt subsidium Terræ sanctæ, capiendo et spoliando transeuntes ad illam et ab illa revertentes, nos eos et principales adjutores et fautores excommunicationis vinculo innodamus; sub interminatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis scienter communicet in aliquo venditionis vel emptionis contractu; injungentes rectoribus civitatum et locorum suorum, ut eos ab hac iniquitate revocent et compescant. Alioquin, quia nolle perturbare perversos nihil aliud est quam fovere, nec carent scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desint obviare, nos in personas et terras eorum severitatem ecclesiasticam curavimus exercere, cum tales non minus quam Saraceni adversentur nomini Christiano. Innovamus præterea excommunicationis sententiam, in Laterano concilio promulgatam, adversus eos qui Saracenis arma, ferrum, et lignamina deferunt galeiarum, quique in piraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent, vel in machinis vel quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium vel auxilium, in Terræ sanctæ dispendium, eosque rerum suarum privatione mulctari, et capientium servos, si capti fuerint, fore censemus; præcipientes ut per omnes urbes marinas diebus Dominicis et festivis hujus sententia publice innovetur. Et talibus gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi totum, quod de commercio tam damnabili perceperint, in subsidium Terræ sanctæ transmittant, ut æquo judicio, in quo deliquerint, puniantur. Quod si forte solvendo satisfacientes non fuerint, [1]sicut alias reatus talium castigare, quod in pœna ipsorum aliis interdicatur audacia similium præsumendi. Quia vero ad hoc negotium exsequendum est permaxime

[1] *Sicut ... castigare.*] Sic alias reatus talium castigetur; Concil. edit. Reg. tom. xxviii. p. 313.

necessarium ut principes et populi Christiani ad invicem pacem observent, juxta quod statutum est in concilio generali, volumus et mandamus ut saltem per quadriennium in toto orbe Christiano pax generaliter observetur, ita quod per ecclesiarum prælatos discordantes reducantur ad plenam pacem aut firmam treugam inviolabiliter observandam; et qui adquiescere forte contempserint, per excommunicationem in personas et interdictum in terras arctissime compellantur, nisi tanta fuerit injuriatorum malitia quod non debeant pace gaudere. Quod si forte censuram ecclesiasticam vilipenderint, poterunt non immerito formidare, ne per auctoritatem ecclesiæ contra eos tanquam perturbatores negotii Crucifixi sæcularis potentia inducatur. Accingantur igitur omnes filii adoptionis divinæ ad obsequium Jesu Christi, dissensiones et lites in pacis et dilectionis fœdera commutantes; credendo firmiter, quod, si vere confessi fuerint et compuncti, felici commercio laboribus suis, qui cito transeunt, æternam requiem mercabuntur. Datum Spoleti, secundo nonas Septembris, pontificatus nostri anno octavo.'

Romanorum avaritia obfuit negotio crucis.

Hæc cum per Christianorum climata, præcipue per Angliam, Christi fidelibus innotescerent, et prædicatio per prælatos, maxime vero per Fratres Prædicatores et Minores, fieret, quibus data fuit potestas cruce signandi, et votum data pecunia relaxandi, sese multi, quorum non erat numerus, cruce signaverunt. Sed cito in tantam nobilitatem, ne dicam arrogantiam, elevabantur Prædicatores et Minores, qui spontaneam paupertatem cum humilitate elegerunt, ut recipi curarent in cœnobiis et civitatibus in processione solenni, in vexillis, cereis accensis, et in dispositione vestimentis festivis indutorum; et concessa est eis venia multorum dierum suis conferre auditoribus, signatosque hodie, cras data pecunia, a crucis voto absolverunt, parvoque tempore succedente facta est tanta commutatio, tam multiformis

pecuniæ exactio, nec sciri poterat in quam abyssum tanta pecunia, quæ per papales procuratores colligebatur, est demersa, quod fidelium circa negotium crucis tepuit, imo potius caritas refriguit generalis; unde negotium Terræ sanctæ, nunquam felix, super hoc suscepit incrementum. Præterea graviter lædebatur omnium conscientia, et in meditatione exardescente sauciabatur, quod tota illa pecunia impretiabilis, quæ ex decima per magistrum Stephanum domini papæ clericum cumulabatur ad conterendum imperatorem, facta pace, sicut colligi potest per epistolam papæ suprascriptam, nec in minimo quadrante est restituta, nec ad aliquod ecclesiæ commune negotium vel honorem distributa; imo nec dum penitus fuit extorta vel collecta, et ecce subita et occulta pax est reformata; et postea facta est inquisitio gravis, quis plene vel plenius persolvebat.

Mors comitis Marescalli.

Et dum circa hæc ecclesiastici viri sollicitarentur, comes Marescallus in tutela Hibernensium retentus in tantum respiravit jam quod loqui, ire, comedere valuit. Exigebant igitur hostes ejus ab eo castra sua et terras Hiberniæ, ut sic saltem regi reconciliaretur, qui contra regem in prælio capiebatur, qua libuit morte puniendus; ostensaque fuit charta regis ei suæ captionis præceptæ. Quod cum oporteret facere, in tantum doluit quod non curavit de suis vulneribus; et advocatus est chirurgicus proditor, qui ferro ignito tantum ussit eum ut in peracutam febrem cecidit. Facta igitur confessione et viatico salutis communitus, tenens crucem et adorans, spiritum reddidit decimo sexto calendas Maii; et sepultus est in oratorio Fratrum Minorum apud Kilkenni, ubi idem sepulturam elegerat, militiæ flos temporum modernorum.

Exules interim prædis intendunt.

Interim hæc ignorantes Richardus Sward cum suis complicibus ædificiis regalium eis adversantium intende-

bant comburendi, utpote Swaneburne manerium Roberti Passeleve, et Yvinkeho, episcopi Wintoniensis, cum frugibus et animalibus; et insidiis præventum Willelmum de Holewere militem, Hertfordiæ vicecomitem, eo quod affinis esset dicto Roberto et sororem desponsaverat, truculenter abduxerunt et ad redemptionem gravem compulerunt; septemque summarios oneratos Stephani de Segrave et episcopi Wintoniensis inter Radingum et Walingefort rapuerunt. Interim castra comitis Marescalli rapuerunt ipsi proceres Hiberniæ, occupantes et inter se dividentes, sicut eis per chartam regis fuerunt confirmata, possessionibus incumbentes.

PAG. LIN.		
309, 13,	*in fletum*	in fletum et lamentationem.
— 20,	*erogabat*	*addit* Paris., consimilis in hoc David, casum Saulis et Jonathæ deplorantis.
— 21,	*inimicos*	offendentes.
— —	*potest*	*deest*.
— 22,	*persecutoribus Dominum*	fidelibus, quos falsis suggestionibus exosos habuit aliquando.
— 32,	*firmaretur*	*addit* Paris., Dicebatque archiepiscopus circumsedentibus, forte rege audiente, quod ad talem finem multis pervenerunt disceptationibus, minis aliquando ex parte regis et totius cleri intercurrentibus; quibus minis sic dicitur Leolinus respondisse, 'Plus timeo eleemosynas regis quam totam ejus cum clero militiam.'
310, 2,	*exulatos*	proscriptos.
— 8,	*conductu*	conductu ducerentur.

PAG. LIN.

310, 11, *justiciarius* On the lower margin of *C.* there is here noted, 'Dominus Rogerus de Wendovre, prior aliquando de Beluvair, hucusque chronica sua hæc digessit; incipit frater Matthæus Parisiensis.'

— — *Gilbertus Basset . . . Richardus Siuard* quem rex sereno vultu respiciens suscepit in amplexu et pacis osculo, gratiam ei pristinam restituendo, et alii exules. Tunc Hubertus comes Cantiæ, cum grata recordatione junctis manibus suspiciens in cælum, dixit in corde et ore, 'O Jesu, Salvator crucifixe, quem cruentatis in cruce vulneribus aliquando dormiens conspexi, et in crastino secundum admonitum tuum tuæ peperci effigiei, eandem venerando, nunc mihi vestri gratia tempore opportuno gratam rependisti vicissitudinem.' Et ut hic apologus clarius elucescat audientibus, facto parvo materiæ diverticulo, legentes certificemus: Contigit, guerra ingrassante tempore regis Johannis, quod rapinis et incendiis attenderent more guerræ milites, cum servientibus, regiis stipendiis assignati, quibus præerat Hubertus memoratus. Quadam igitur nocte, dum sopitus alto somno in stratu quiesceret, apparuit ei Dominus in cruce pendens crucifixus, sicut manibus artificum solet insculptus effigiari, et ait, 'Cum iterum videris meam effigiem, parce mihi in illa, et defer ac venerare.' In crastino

igitur, dum iter ageret, obvium habuit unum presbyterum attonitum et currentem, indutum alba, stolam habentem et manipulum, et crucem magnam cum crucifixo in humero bajulantem. Et dixit presbyter voce clamans lachrymabili, 'Domine, libera ecclesiam meam, cui deservio, a ruptariis, qui patriam istam depopulantes eam bonis omnibus spoliaverunt.' Et respiciens Hubertus vidit imaginem illam in cruce pendentem per omnia consimilem illi quam vidit nocte præterita, et descendens de equo adoravit eam; et statim, duce presbytero eodem, patriam liberavit, ecclesiæ spoliatæ bona cuncta restituendo. Hujus ergo visionis recordans comes Cantiæ Hubertus dedit laudem Deo et gloriam, regi et regiis amicis fidelibus reconciliatus, et a multis pressuris et tribulationibus liberatus; quod soli Deo, et non homini, adscripsit venerabilis comes Hubertus memoratus. Rex autem ad mentem reversus, et consimili pietatis ductus spiritu, Gilebertum Basset virum nobilem, et Richardum Sward militem strenuum.

PAG. LIN.		
310,	13, *quos .. reddidit eis*	in gratiam suam plenam et non fictam revocavit, et eis in osculo pacis receptis reddidit.
—	21, *cum*	intercessione et.
—	25, *donavit*	cinxit.
—	26, *curiæ suæ*	*addit* Paris., sicut moris est, et.
311,	3, *plene*	demum.
—	5, *habentes*	habere sentientes.
—	9, *in eodem*	By the side of this and the two following chapters the word 'offendiculum' is again written in red ink.
—	11, *Richardi .. Marescalli*	Richardo comiti præparata.
312,	8, *procuraverant*	procurasse videbantur.

PAG.	LIN.		
312,	13,	*Mariæ*	Mariæ in abbatia Canonicorum.
—	14,	*confugit... e contrario*	per arrogantiam confugerat.
—	16,	*renovavit*	revocavit.
—	18,	*ita quod... opportunitatem haberent*	ita quod eum quærentes defecerunt scrutantes scrutinio. Sed multi eum Romam petisse, ad cujus curiam viam ante sæpe contriverat, quando fuit Falconis domini sui procurator, existimabant; sed revera ad Novum Templum se infirmum simulans in quodam secreto celatus cellario latitabat, more tectus leporino. Nec etiam ad mandatum regis excitatus, cum scitæ ejus fuerunt latebræ, ausus est diu egredi; sicut nec alii, sua eos conscientia remordente; inde suspicionis argumentum contrahentes, quod inimici eorum, qui villas suas et ædificia cum horreis frugibus plenis concremaverant, non parcerent corporibus suis si nocendi opportunitatem invenirent.
—	34,	*ut breviter dicatur*	*desunt.*
313,	3,	*quem*	anelacio tamen a lumbali dependente, regemque.
—	10,	*exulavi*	relegavi.
—	11,	*consilium.. per quam*	etiam consilium tuum et complicum tuorum guerram contra illos movi, in jacturam meam irrestaurabilem et regni opprobrium; per quam guerram.
—	13,	*hominum.. Exegit*	vitam multorum illustrium simul et

honorem meum amisi lamentabiliter. Exegit igitur.

PAG. LIN.		
313, 28,	*competenter*	prævia ratione.
— 31,	*rex*	*addit* Paris., Te ut laicum hactenus gessisti, a te igitur, ut a laico, cui meum commisi thesaurum, exigo; veruntamen.
— 34,	*Ut ... rex*	Ad quod cum siluisset archiepiscopus, misit rex prædictum Petrum.
— 37,	*armatus*	indutus, gestans anelacium ad lumbare.
314, 1,	*decebat ... in turri Londoniarum*	decebat; immo multi illud interpretabantur deterius quam ut dici vel scribi deceat. Et tunc Petrus flevit amare, scilicet ingrediens naviculam ducendus ad turrim supradictam. Fuit autem in ea.
— 16,	*homines exularet*	exilio relegaret.
— 25,	*hoc regi ... animam ejus*	alios altiores eo, medios scilicet inter regem et eum, quibus necesse habuit immediate respondere, utpote Walterum Karleolensem et Petrum de Rivallis, non me, redarguat; et sic de aliis umbonem faciens defensionis recessit, in alios crimen retorquendo. Et sic abscondit se iterum Robertus Paslewe, qui post Walterum Karleolensem officium thesaurarii administraverat, quod etiam a diligenter quærentibus animam ejus vix est ubi foret absconditus revelatum. Rex autem fretus consilio saniori Hugonem de

Pateshulle clericum, filium videlicet Simonis de Pateshulle, qui quandoque habenas moderabatur totius regni, justitiarii, virum fidelem et honestum, loco prædictorum, quamvis renitentem, subrogavit. Administraverat enim idem Hugo officium scaccarii antea laudabiliter, secundum quod appellatur secretum scaccarii, sigillum custodiendo et diffinitam pecuniam a vicecomitibus recipiendo ; quare plenior fides est ei adhibita, paterna fidelitate testimonium fidei perhibente.

PAG. LIN.		
315,	3, *Baptistæ*	*deest.*
—	14, *fecerunt*	facientes ; clitellarios.
—	19, *divisis*	divisis prudentius bellicis.
—	20, *undique... contrivit*	totum exercitum suum admodum numerosum in tres divisit legiones, ut minori trium vix videretur comes Britanniæ omnibus collatis viribus resistere; undique Britanniam invadendo acriter insurgens, more leonis, qui cum læditur acerbius bacchatur in rebellem, et Britannos gravi afflixit contritione.
316,	4, *fœdus*	versus in arcum pravum fœdus.
317,	4, *spectantes*	*addit* Paris., Comes vero videns mala sibi multiplicata, in seipso tabescens præ dolore et infrendens, per mare paravit insidias mercatoribus et aliis facientibus operationes in aquis, juxta cognomen suum, scilicet 'Mauclerc,' rapinis injuriosis intendebat, pirata factus execrabilis.
—	14, *pascendos*	reficiendos.
—	15, *mortalitatis curaret*	liniret oleo consolationis.
—	33, *soricibus*	muribus.

PAG. LIN.		
318, 13,	*facere opus esset*	inde consultius foret faciendum.
— 28,	*diabolici*	*deest.*
— 30,	*totam*	totam adjacentem.
319, 4,	*esset.. esset*	in ovicula, anguis lateret.
— 26,	*quem .... pauper esset*	eum quem ditavi inveniens in magna egestate.
— 32,	*homo .... vicarius*	scilicet homo diaboli esset.
— 36,	*locutus est*	nunc est confabulatus.
320, 12,	*ut in ore... verbum*	ad audientium ædificationem, ne res tam memorabilis dierum vetustate ab humana memoria deleatur.
— 14,	*crudelis... diebus suis*	gravissimus.
321, 22,	*demersa*	comminuta.
— 23,	*Visi sunt .. credebantur*	Et, quod admiratione dignum erat, nec porci, nec aves, nec aliquod genus animalis, spicas vel grana, licet matura essent, voluerunt urgente tamen fame gustare. Visi sunt autem in aere, ingruente eadem tempestate, angeli Sathanæ in modum nigrorum satyrorum volitantes, et per agros cursitantes, qui aereæ potestates credebantur ; quibus concessum terræ et fructibus nocere fuerat, aerem perturbantes.
— 26,	*divina*	*deest.*
322, 6,	*sed et hoc.. oblatæ*	præcipue in mense Julio, circa festum S. Mariæ Magdalenæ, tanta pluviarum irruebat inundatio, quod fœnorum cumuli omnes cum pontibus ligneis perierunt.

PAG.	LIN.		
322,	21,	*et major... Romanis*	sed quolibet homine major, ergo major quolibet cive, vel etiam rege vel imperatore.
—	24,	*subjectos, unde*	subjectos, etiam deviare volentes, in viam dirigere veritatis.
323,	3,	*subnixa*	*addit* Paris., est. Præterea, comitatum suum, quod inauditum est nec antea factum, metis novis et amplis, jubente senatore, voluerunt sibi appropriare, et appropriatum intitulare novis suprascriptionibus. Ad hoc respondit dominus papa, quod infra metas illas continentur quædam prædia et etiam civitates et castra, utpote Viterbium civitas et Altus-mons castrum, quæ infra metas illas continentur, quas comitatui suo assignare præsumunt; sed alienum sibi ascribere et usurpare, injustum est.
—	8,	*contestata*	contestata et præventilata.
—	13,	*ipsum..attraxerat*	ad sui adjutorium ipsum imperatorem attrahere moliebantur, sed ipse potius contra eos.
—	16,	*Tunc .... pontificis*	Tunc exercitus summi pontificis, cui præerat comes Tholosanus, quærens gratiam, et episcopus Wintoniensis, quem dominus papa callide vocavit ad exercitum suum regendum, tum propter thesauri abundantiam, tum propter militandi peritiam, et exercitus imperatoris.
—	27,	*et imperatoris*	quibus præerant instructi armis et viri bellicis negotiis exercitati, scilicet Cismontani et acies simul imperatoris.

PAG.	LIN.		
324,	9,	*Radulphus*	Robertus.
—	11,	*suscepit*	*addit* Paris., Pertransiit autem annus iste fructibus omnibus sterilis, fruges habens paucissimas, veruntamen bonas et inopinabiliter respondentes ; Anglia paucas, Gallia pauciores, Gasconia vero fere nullas segetes asserente ; cum tamen annus huic anno proximus multas in vere et æstate promisisset, sed in autumno pluvia suffocatas fruges pauciores persolvisset. Eodem anno capta est insula Majorica, sic dicta ad differentiam Minoricæ seu minoris insulæ, quæ sita est inter Africam et Marsiliam, Christianis nimis nociva, scilicet a rege Arragoniæ et civibus Marsiliæ.
—	16,	*et eodem*	quamplurimis ; eoque.
—	19,	*furatum*	furto sublatum.
—	26,	*Hugo*	Hugo de Velles.
—	—	*omnium ... inimicus*	monachorum persecutor, canonicorum et omnium religiosorum malleus.
—	30,	*Grosseteste .. eruditus*	cognomento Grosseteste, vir quidem nimis literatus, a primis annis scholis educatus.
325,	3,	*munus . . . suscepit*	consecratus est.
—	5,	*Cantuariensibus*	*addit* Paris., et allegantibus.
—	7,	*fieri*	*deest.*
—	—	*ita tamen .. de cætero*	ne labores et expensæ frustrarentur convenientium, ita tamen quod id in consequentiam amplius non.

PAG.	LIN.		
325,	11,	*datis mille marcis*	sed regi mille marcis prius numeratis.
—	12,	*gratiam*	gratiam juxta spem suam.
—	21,	*appellarunt*	*addit* Paris., Collata est ecclesia S. Juliani in ipso tempore magistro Nicolao, auctoritate domini regis, quæ ipso tempore vacabat.
—	25,	*in crastino*	die.
—	26,	*Willelmus*	Willelmus piæ memoriæ.
—	27,	*ecclesiam*	*deest.*
—	30,	*Deinde conventus . . . animarum suarum*	Quo sepulto, incontinenti, scilicet eadem die, tres fratrum ad regem sunt destinati, ut ab eo impetrata libera rite eligendi facultate abbatem eligerent. Obtinuerunt etiam fratres a domino rege gratiam habendi totam domum suam in manu sua, exceptis exchaetis et ecclesiarum donationibus, a die obitus prædicti abbatis usque in annum completum; pro qua obtenta donaverunt monachi regi trecentas marcas. Deinde obtenta a rege licentia abbatem eligendi, die Martis post Annunciationem beatæ Mariæ, convocatis nobilibus ecclesiæ membris, scilicet prioribus cellarum et omnibus qui debuerunt et voluerunt et potuerunt commode interesse, elegerunt solenniter Johannem de Hertfordia, priorem de Hertfordia, monachum suum professum, in patorem animarum suarum, virpium et monachum ordinatum.
326,	6,	*et tunc missi sunt*	Deinde missi sunt duo.

PAG. LIN.

326, 7, *clerici* clerici, scilicet dominus Nicolaus de Leon, et dominus Reginaldus Phisicus, et magister Galfridus de Langelie clericus.

— 11, *in regionem suam .... benedictionem abbatis suscepit* Insuper approbata est forma electionis et progressus negotii, admirantibus cunctis quod inter tot capita una fuit sententia et unanimis consensus; unde a multis dictum fuit in curia Romana, et ab ipso papa, quod non sine nutu Spiritus Sancti istud fuerat prosecutum, ‘Multitudinis enim credentium fuit cor unum et anima una.’ Et, ut audientes non lateat, hæc est consuetudo eligendi abbatem in ecclesia sancti Albani; Confessores scilicet tres vel quatuor jubentur districte in virtute Spiritus Sancti, utpote qui cognoscunt corda et renes singulorum, ut ipsi eligant duodecim de conventu fratres electos, scilicet fideles et peritos, ut ipsi vel de seipsis, vel de ipso conventu ecclesiæ, vel de cellis, unum idoneum eligant in abbatem. Ut autem eorum electio et labor deliberativus super hoc negotio irritus non habeatur, literas habent de conventu penes se sigillo conventus roboratas, ut ipse conventus illum, quem ipsi duodecim eligent in abbatem, sine contradictione unanimiter suscipient et gratanter. Unde series negotii sic prosecuta a summo pontifice et omnibus audientibus cum admiratione est commendata,

et, facta examinatione, auctoritate apostolica confirmata. Veruntamen, quia de persona electi papæ non constabat, dedit summus pontifex in mandatis Eliensi et Londinensi episcopis, ut, rite facta ex persona electi examinatione, eundem in abbatem confirmatum benedicerent, plene in omnem tam spiritualium quam temporalium administrationem instituentes. Post hæc autem idem electus, facta examinatione in crastino nativitatis beatæ Mariæ, in Dominica die a Rogero, Londinensi episcopo, quia ambo negotium exsequi non poterant juxta mandatum apostolicum, benedictionem abbatis suscepit. Legit autem electus literas clausas et bullatas ante altare indutus solenniter, quibus antea consimiles non vidimus, scilicet, de profectione et visitandis apostolorum liminibus de triennio in triennium; quod graviter accepimus. Sed hæc postea plenius.

PAG. LIN.		
326, 22,	*ponerentur*	traderentur.
327,	5, *ordinaret ... verbum fidei prædicare*	ordinando juvaret. Novit enim eum summus pontifex pecunia abundare, et, si non abundaret, ministrante episcopatu Wintoniensi abundaturum, et maluit eum effundere thesaurum suum in suo obsequio, quam alieno. Præterea idem episcopus erat in obsequio regis Richardi bellatoris magnifici diebus adolescentiæ suæ, ubi plus didicit in bello dimicare, et castra militum ordinare, quam evangelii semina prædicando seminare.
328, 30,	*fidei*	Dei et fidei.
330, 35,	*crucis*	*addit* Paris., et animarum oberrantium lucrificationem.
—	37, *perfectis*	*addit* Paris., utpote magister Johan-

nes de S. Albano oriundus, aliquando decanus ecclesiæ S. Quintini, postea thesaurarius ecclesiæ Sarisburiensis, et alii viri discreti ac sancti.

PAG. LIN.

331, 18, *portaret* veheret.

332, 2, *nervi* *addit* Paris., cum compagibus.

— 7, *potestatem* *addit* Paris.,

Forma electionis abbatis sancti Albani ad papam mittitur.

Cum hæc cum tempore evolvente elaberentur, nuntii electi et conventus ecclesiæ sancti Albani, duo monachi, scilicet magister Reginaldus Physicus et dominus Nicolaus de sancto Albano, ambo presbyteri, viri prudentes et compositi, cum suis clericis, [1]magistro Galfrido de Langeleia et Galfrido Focario serviente, et aliis, habentes literas conventus procuratorias, iter arripuerunt versus curiam Romanam in octavis Paschæ, scilicet decimo septimo calendas Maii, precibus omnium fratrum commendati. Hæ autem fuerunt procurationes quas secum detulerunt; ‘ Reverendissimo domino et patri in Christo carissimo Gregorio, Dei gratia summo pontifici, devoti filii sui, prior et conventus sancti Albani, tam devotam quam debitam cum pedum osculo reverentiam. Noverit sanctitas vestra, quod nos fratres nostros et monachos Reginaldum et Nicolaum, latores præsentium, cum literis

[1] *Magistro . . . et aliis.*] *Desunt a C.*

nostris seriem electionis nostræ continentibus, quam in ecclesia nostra de fratre Johanne de Hertfordia monacho nostro fecimus canonice celebrari, ad pedes sanctitatis vestræ destinamus; ipsosque ad confirmationis munus a sede apostolica petendum, et ad alia dictam electionem nostram contingentia expedienda, procuratores nostros constituimus. Ratum et gratum habituri quod per ipsos vel eorum alterum in dicto negotio, ratione prævia, fuerit expeditum. Valeat et vigeat sancta paternitas vestra semper in Domino.' Venerunt igitur ad curiam Romanam apud Perusium, et, domino papa humiliter salutato, formam electionis et rei gestæ seriem sub his literis contentam præsentaverunt; ' Reverendissimo domino et patri in Christo carissimo Gregorio, Dei gratia summo pontifici, devoti filii sui, prior et conventus sancti Albani, tam devotam quam debitam cum pedum osculo reverentiam. Cum ecclesia nostra per decessum venerabilis patris Willelmi, bonæ memoriæ, quondam abbatis nostri, qui viam universæ carnis sexto calendas Martii est ingressus, pastoris solatio existeret destituta, certificato super hoc domino nostro rege, ipsoque nobis eligendi licentiam concedente, nos, prout potuimus citius et expeditius, volentes animarum periculis occurrere et ecclesiæ nostræ indemnitatibus providere, his omnibus prius sub competenti data dilatione evocatis, qui debuerunt et voluerunt potueruntque nostræ electioni commode interesse, ad eligendum nobis pastorem diem certum præfiximus in crastino annunciationis beatæ Virginis. Adveniente autem die, præsentibus his, qui propter hoc fuerant evocati, aliisque, tractare cœpimus et conferre. Et, quia res prædicta eo die non potuit expediri, in crastino, ut de eodem tractaremus, ingressi sumus capitulum iterato; et ibidem, post Dei clementiam super hoc misericorditer invocatam, tractare cœpimus de præmisso. Et tandem in hanc eligendi spem viris bonis de collegio nostro plenaria data fuerat potestas et collata, quod ipsi pro omnibus

electionem nominarent; rati habitione prius eisdem electoribus promissa de persona per ipsos electa et ipsis postmodum nominata. Electores siquidem præmissi ad hoc officium cum Dei timore accedentes, cum lachrymis et orationibus Dei invocantes auxilium, diligenter et discrete, sicut exitus indicavit, de hoc negotio tractaverunt; qui per omnia unanimiter et concorditer, post tractatus et collationes suas super hoc habitas, nobis virum per omnia idoneum in abbatem patremque et pastorem elegerunt, et postmodum ingressi capitulum nobis quem elegerant nominaverunt, scilicet fratrem Johannem de Hertfort, nostræ professionis monachum, inter nos ab antiquo religiose et irreprehensibiliter conversatum. Nos siquidem ibidem unanimiter congregati in personam illius, quem elegerant et nobis nominaverant, concorditer consensimus absque omni discordia seu contradictione; firmiter enim credimus, sancte pater, quod idem electus nobis et nostro monasterio per omnia sit idoneus, cum in ipso nihil cur eligi non deberet sciamus reprobum, nec in eo aliquid deficere perpendimus quod canon exigit in electo. Hinc est, benignissime pater, quare nos, qui filii vestri sumus et immediate ad Romanum pontificem spectantes, vobis in omni qua possumus supplicamus devotione, quatenus Dei intuitu et ad levamen ecclesiæ nostræ, quæ sub hac vacatura in magno navigat periculo sub seculari custodia constituta, electo nostro absque moræ dispendio officii sui confirmationem misericorditer impendatis. Nos autem, ut reverenda sanctitas vestra de præmissis fidem habeat indubitatam, sigillo capituli nostri de communi totius conventus consensu has literas nostras patentes, et rei gestæ seriem continentes, fecimus consignari.

Rescriptum papæ Eliensi et Londinensi episcopis.

His autem literis diligenter inspectis, habita cum fratribus deliberatione, concessit summus pontifex monachis juste postulata, laboribus eorum paterno affectu

compatiendo, necnon unitatem ecclesiæ suæ concordem, et discretum in hoc negotio processum, collaudando; et, ne res aliqua parte progressione usque ad finem careret laudabili, dedit, ut prætactum est, in mandatis Eliensi et Londinensi episcopis, ut examinata persona electi benedictionis ei beneficium largirentur, vel alteruter, si ambo interesse non valerent, scribens eisdem sub hac forma; 'Gregorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Eliensi et Londinensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Monasterio sancti Albani, Lincolniensis diocesis, quod ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinet, abbatis solatio destituto, dilecti filii prior et conventus ipsius monasterii, sicut accepimus, requisito prius, sicut moris est, assensu regio et obtento, vocatis omnibus qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt commode interesse, de abbatis futuri substitutione tractantes, post diversos tractatus quibusdam de collegio eligendi ei abbatem potestatem plenariam unanimiter contulerunt. Iidem vero electores, Deum habentes præ oculis, collatione super hoc et deliberatione habita diligenti, et Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium fratrem Johannem de Hertford, ejusdem monasterii monachum, virum, ut asserunt, providum et discretum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, et cum eis a puero laudabiliter conversatum, in abbatem eorum et patrem concorditer et canonice elegerunt; quorum electionem solenniter publicatam universi et singuli approbantes nobis per dilectos filios fratres Reginaldum et Nicolaum, monachos et nuntios suos, ac literas, humiliter supplicaverunt, ut cum per eundem Johannem gratia ipsi monasterio in spiritualibus, et temporalibus incrementa, sperarentur auctore Deo proventura, et rectis dispositionibus nihil debeat difficultatis afferri, electionem hujusmodi confirmare de benignitate sedis apostolicæ dignaremur. Licet igitur prædicti nuntii sollicite super hoc institerint et prudenter, et nos, pro eodem monasterio libenter quod cum Deo possumus facere in-

tendentes, electionem ipsam, examinatam prout convenit diligenter, canonicam invenerimus quoad formam ; quia tamen de personæ meritis plenam notitiam non habemus, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus quæ circa electi personam inquirenda fuerint sollicite inquirentes, si eam sufficientem inveneritis ad ejusdem monasterii regimen assumendum, præmissam electionem auctoritate apostolica confirmetis, et electo faciatis eidem obedientiam et reverentiam debitam exhiberi ac munus benedictionis impendi, recepturi ab eo postmodum pro nobis et Romana ecclesia fidelitatis sollicitæ juramentum, juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam; alioquin, ea rite cassata, faciatis dicto monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Formam autem juramenti, quod ipse præstabit nobis de verbo ad verbum per ejus patentes literas suo sigillo signatas, quam cito poteritis per proprium nuntium transmittatis. Quod, si non ambo his exsequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exsequatur. Datum Perusii,' [1] et cætera.

Reditus nuntiorum et benedictio abbatis sancti Albani.

Impetratis autem his literis cum aliis sub bulla clausis, salutato domino papa et fratribus, necnon et respectis, redierunt nuntii prædicti cum prosperitate post moram in curia factam per quindecim dies. Episcopus autem Londinensis, alio se excusante, mandatum apostolicum diligenter exsecutus, examinatione rite facta nihil reprobum in persona electi reperiens, munus solenniter benedictionis eidem impendit in crastino scilicet nativitatis beatæ Virginis in ecclesia sancti Albani ; ubi apertæ sunt literæ inclusæ domini papæ, quas, ut oportuit, electus in abbatem benedicendus profitendo

[1] *Et cætera.*] Sexto idus Junii, pontificatus nostri anno nono ; *C.*

legit, in præsentia episcopi et audientia conventus, et totius populi et cleri, sub hac forma ; ' Ego Johannes, abbas monasterii sancti Albani, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero sancto Petro sanctæque apostolicæ Romanæ ecclesiæ, et domino meo papæ Gregorio ejusque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel in facto ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium vero, quod mihi credituri sunt per se aut per nuntios suos sive per literas, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum et defendendum, salvo ordine meo, contra omnem hominem. Legatum apostolicæ sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad synodum, veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apostolorum limina singulis trienniis visitabo, aut per me aut per nuntium meum, nisi absolvat apostolica licentia. Possessiones vero ad monasterium meum spectantes non vendam, neque donabo, neque inpignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta evangelia.'

PAG. LIN.		
332, 10,	*Templarii*	hospitalis Teutonicorum.
333, 23,	*regias*	regias vel imperiales.
— 25,	*auro*	auro obrizo primo et.
— 31,	*decenter ornatis ... ex argento fuere purissimo*	in scriniis et phaleris et aliis muliebribus ornamentis, necnon in copioso thesauro auri et argenti, et equis, et comitatu, quæ oculos intuentium rapere solent in concupiscentiam, ut quasi impretiabilia viderentur, non tantum copiose, sed superaffluenter, ditabatur ab Anglia recessura. Vasa etiam

omnia, tam vinaria quam fercularia, ex auro et argento opere excogitato fabricata innumerabilia resplenduerunt, quorum materiam superabat opus ; imo etiam ollæ et vasa coquinaria, urcei et vasa vinaria, disci et vasa cibaria argentea nituerunt.

PAG. LIN.		
334, 23,	*et aliorum .. nobilium*	virorum nobilium ac per omnia commendabilium et aliorum generosorum.
— 24,	*illius*	regis.
— 27,	*obsequium*	*addit* Paris., custodiam.
— 31,	*imperatoris*	imperatricis.
— 32,	*burgum*	*deest.*
— 33,	*comitum... conductu*	comitatu comitum ac baronum et aliorum nobilium.
— 34,	*variis ... portantes*	palefridos nobiles et egregie phaleratos.
— 37,	*suos ... offensione*	*desunt.*
335, 1,	*phalerarum .... decorarent*	*desunt.*
— 7,	*apud*	*deest.*
— 11,	*convenerunt*	*addit* Paris., Miserat enim rex ad omnes abbatias circumjacentes, imperiose petens quemlibet abbatem, ut, ad conducendum sororem suam ad mare, equos cum assessoribus suis honorabiles accommodaret.
— 29,	*matrimonium*	matrimonium illud magnificum.
— 31,	*solenni*	*addit* Paris., in vestimentis pretiosis, cereis accensis, agminibus composite ordinatis.

PAG.	LIN.		
336,	8,	*palmis*	ornamentis variis.
—	9,	*Hispanicis ... mandatum exspectans*	pretiosis ad agiles cursus calcaribus admoventibus coercebant, dum et cannas et hastas, quas ferebant in manibus, in alterutrum, quasi in hastiludio, confregerunt. Advenerunt etiam per excogitatum ingenium naves quasi remigantes per aridam, equis absconditis et tectis sericis coopertoriis illas trahentibus ; in quibus navibus clerici suaviter modulantes, cum organis bene sonantibus, audientibus inauditas cum stupore fecerunt melodias. Appropians igitur civitati Coloniæ imperatrix talibus intravit comitata tripudiis, ut tota illa nobilis civitas gaudio videretur redundare. Conduxerunt etiam eam duces ejus per principales plateas civitatis, contra ipsius adventum, tum propter nobilium Anglorum adventum, tum ut sic gratia imperatoris aspiraret, multipliciter adornatas. Sed cum generosa imperatrix cognovisset quod omnes, et præcipue nobiles matronæ Colonienses, quæ in solariis sedentes et glomeratim in diverticulis vicorum convenientes, faciem ejus videre cupiebant, capellum suum ex capite cum peplo demisit, ut universi liberum in ipsius serena facie aspectum habentes oculos cum stupore recrearent ; in quo facto omnium intuentium animos in ipsius dilectionem adeo inclinavit, ut universi et singuli, laudantes et bene-

dicentes ipsius humilitatem cum pulchritudine admirabili, optimam successionis et posteritatis felicissimæ spem conceperunt. Hospitata est autem imperatrix in nobili palatio opere cementario constructo archiepiscopi, ubi per totam noctem choreæ puellarum canentium cum diversis instrumentis musicis perstrepebant, ut ipsa imperatrix ipso gaudio foveretur, glorians in medio juvencularum tympanistriarum. Nec defuit diligentia militum armatorum super muros et in ipsa civitate, propter hostiles insidias noctibus excubantium.

PAG. LIN.		
336,	30, *filium suum*	filium suum Henricum regem Alemanniæ.
—	35, *ejus misericordiam*	misericordiam ipsius cum lacrymis et singultibus.
—	36, *sine misericordia*	non adhuc spiritu conceptæ iræ maxime mitigato.
337,	2, *ubi...veniret ibidem*	Laxatis autem vinculis, et loris ob regalem reverentiam aliquantisper dissolutis, dicitur filius patri venenum procurasse; super quo scelere accusatus, vinculis iterum durioribus mancipatus, traditur cuidam duci custodiendus, qui eum oderat inexorabili odio, quia totis nisibus eum proposuerat prædictus rex Henricus exhæredare, sed nunc, revoluta rota fortunæ, traditur rex arbitrio ducis incarcerandus. Misit igitur imperator pro imperatrice, ut ad eum apud Wermesiam properaret.
—	13, *puellæ, quam*	puellaris; illam enim, ut crebrius audivit.
—	15, *ibidem*	*addit* Paris., matrimonium initiatum consummando.

PAG. LIN.

337, 17, *melius placuit .... auxilium opportunum*

plus placuit morum experientia, quam invenit prærogativa insignitam, et eloquentiæ perita facetia eruditam. In festo vero desponsationis imperatricis Isabellæ, sororis domini regis Angliæ, erant tam apud Moguntiam quam Wermesiam quatuor reges, et undecim duces, et triginta comites et marchiones, præter prælatos. Nocte vero prima, qua concubuit imperator cum ea, noluit eam carnaliter cognoscere, donec competens hora ab astrologis ei nuntiaretur. Consummata autem carnali commixtione, summo mane deputavit eam quasi prægnantem diligenti custodiæ, dicens ei, ‘ Custodi te sapienter, quia habes in utero masculum.’ Et hoc idem pro certo significavit domino regi Angliæ, fratri suo, per episcopum Exoniensem et magistrum de sancto Ægidio, Fratrem Prædicatorem. Et sic contigit ; peperit enim masculum, cujus nomen Henricus fuit. Nuptiis igitur diebus quatuor continuis magnifice celebratis, episcopus Exoniensis et cæteri, qui cum imperatrice advenerant, ab imperatore licentia impetrata, ad Angliam cum gaudio sunt reversi. Misit ergo imperator regi Anglorum tres leopardos, in signum regalis clypei, in quo tres leopardi transeuntes figurantur, cum aliis donariis pretiosis, quibus regiones non abundant occidentis. Cui etiam contra regem Francorum

promptum consilium et auxilium opportunum, qui jura sua detinet violenter et injuste, præcipue in perniciem regis Lodovici et animæ damnationem ; qui moriturus manifeste confessus est, se inexpiabiliter peccasse in regem Anglorum, retinendo jura sua, et postea, cum esset in Anglia, terram suam redditurum ; quæ omnia dissimulat rex Francorum nescire, plus muliebre secutus consilium quam normam justitiæ, timorem Domini ultionum postponendo. Promisit etiam imperator, ut ex. tunc et deinceps regem Anglorum præ cæteris mundi principibus specialius, quasi filiali amplexaretur dilectione. Remissis igitur in Angliam fere universis utriusque sexus hominibus, quos curia imperatricis in patria educaverat, imperator imperatricem quamplurimis Mauris spadonibus et vetulis larvis consimilibus custodiendam mancipavit.

PAG. LIN.	
338, 29, *et*	de qua.
339, 22, *genitoribus*	antecessoribus.
— 23, *judicatur*	*C.* has on the margin, ‘ Huc usque e vetusto libro.’—In a very early hand on the margin of *B.* is written, ‘ Dominus Rogerus de Wendoure, prior aliquando de Beluero, huc usque chronica sua digessit. Incipit frater Matheus Parisiensis.’
— 24, *Huc usque . . . nuntiet ætas*	*desunt.*

FINIS.

LONDON :
PRINTED BY S. & J. BENTLEY, WILSON, AND FLEY,
Bangor House, Shoe Lane.